essentie. Dñ aũt vbi non est tm̃ vna essentia actualis ibi nõ sit tm̃ vnũ esse essentie pbo sic. Esse eni essentie alicuius rei tãdẽ est q illã rem esse eẽntiã: vel ipsa tare in se veritatem essentie: hoc autem est esse absolutissimũ de quo esse dicitur q diffinitio indicat quid est esse: ꝛ denegatione huius esse intelligi debet q de nõ ente non est scientia per se: hoc autem esse debetur rei, que non est deus in quantum habet exemplar in deo: qõ est ratio cognoscendi ꝛ faciendi. per hoc enim q habet in deo tale exemplar est ipsa factibilis vel facta: ꝛ ex hoc q ipsa est factibilis vl facta habet rationem essentie. Unde esse essentie ipsius creature ita refertur ad deum sub ratione cause exemplaris sicut esse existentie ipsius creature refertur ad deum sub ratione cause efficientis: per hoc enim habet creatura actu existere quia est dei effectus. Unde q vocam esse in actu in creatura hoc vocat Auicẽna esse i effectu. esse ergo essentie ipsius creature non debetur ipsi creature vt est facta tantum nec vt est factibilis tantum: sed vt est factibilis vel facta esse autem existentie tantummodo consequitur eam inquantum est facta: ꝛ sic declaratum est quomodo in christo sunt duo esse essentie ꝛc. ¶ Secundo dico q hec non est recipiẽda q in christo est vnũ tantum esse actualis existentie: quia certum est q natura humana ipsius christi habet actualiter existere in diuino suppposito: quãuis nõ habeat actualiter existere in se ipsa. Ipsum autem diuinum suppositum habet in se existere per diuinam essentiam. Existere autem in se non est existere in alio: ergo esse actuale ipsius nature humane in supposito non est esse actuale ipsius suppositi quo suppositum existit in se ipso: quia tamen esse actu in alio: ꝛ esse actu in seipso non sunt eadem ratio essendi: vel secundũ eandem rationem essendi: deo magis proprie dicitur q non est ibi vnum esse actualis existentie tantum quãz q sunt ibi duo esse actualis existentie si tamẽ dicatur q ibi sunt duo esse actualis existentie eo modo quo existere in se ꝛ existere in alio possunt poni in numeruz: sine ꝛ catholice dictum est. ¶ Hoc idem declaratur sic. Secundum philosophum secundo de anima viuere viuentibus est esse. ¶ Modo ego quero vtruz in christo fuerit aliqua vita actualis creata ꝛ constat q sic: quia ipsum corpus vitificatur per animam. Sic ergo in christo est viuere creatum ratione humane nature: ꝛ viuere increatum ratione diuine nature: sequitur q in christo est vnũ esse actuale creatum et vnum esse actuale increatum: cũ ibi sit viuere creatum ꝛ viuere increatum. ¶ Item licet idem ostendatur sic. In morte christi aliquid actuale viuere fuit corruptuz: quia inter duos mortuos eius corpus christi nõ viuebat actu: vel saltem aliqd viuere fuit a corpore christi separatum: quia si nullum viuere fuisset a corpore christi separatum nec aliquid viuere in christo fuisset corruptum corpus christi non fuisset mortuum: ꝛ tamen certum est q in illo triduo vere mortuum fuit. certum est autem q viuere diuini suppositi nunquam fuit corruptum. ¶ Item viuere diuini suppositi nunqz fuit a corpore christi nec ab anima christi separatum: quãuis anima a corpore fuerit separata: ipsum enim diuinuz suppositum est sua vita: cum ergo diuinum suppositum nũquaz fuerit a corpore christi separatum post vnionem: sequitur q nec viuere diuini suppositi fuerit a corpe christi separatum: quãuis per illud viuere corpus christi nõ esset viuens: sequitur ergo q in morte christi fuit quoddam actuale viuere creatum corruptibile a corpore christi separatum: sequitur ergo q in christo ante suam mortem erat actuale viuere creatum: ergo ꝛ post suam resurrectionem: sed actuale viuere est quodam actuale esse: ergo in christo est esse actuale creatum ratiõe humane nature. Et constat q est ibi esse actuale increatum ratione diuine essentie: ergo in christo non est vnum esse actuale tantum vel actualis existentie. ¶ Tertio dico q est ibi tantum vnum esse subsistentie: quia esse subsistentie: est existere in seipso: subsistentia autem existens in se ipsa habet rationem suppositi: in christo autem non est nisi vnum suppositum: ergo in christo non est nisi vnuz esse subsistentie: illud autem esse est esse diuini suppositi per diuinam essentiam: natura autem humana in christo nõ habet esse subsistentie: quia quãuis nata sit existere in se ipsa. Si dimitteretur a diuino supposito et tunc habent rationem suppositi: tamen quia est vnita diuino supposito non habet actu existere in se ipsa. Sed actu existere in diuino supposito. Unde non habet rationẽ diui suppositi. Sic ergo declaratum est q in christo non est tantum vnum esse essentie. Declaratum est etiam q ista nõ est simpliciter recipienda in christo: est tantum vnum esse actualis existentie. Declaratum est etiam q ista est recipienda tanquaz vera: in christo est tantum vnum esse actualis subsistentie.

Argumentum illud qõ probabat q in christo non est nisi vnuz esse subsistentie: quia esse subsistentie accipit proprie scilicet proeo q est existere in se: concedendum est. Si tamen volet extendere esse subsistẽtie ad esse actuale siue in se siue in alio argumentum nõ concluderet: quia sicut existere in se conuenit e supposito diuine essentie: ita dico q existere actu in supposito diuino cõuenit nature humane: ita q persona filij dei est etiam suppositus nature humane. ¶ Argumenta autem ad partem aliam: quia nituntur probare q in christo sint duo esse actualis existentie restringendo actualem existentiam ad existere in se: solutione indigent. Ad arg^m In opp^m

Ad illud qõ primo arguitur: Dico q quãuis natura humana ipsius christi nata sit existere in se ꝛ habere rationem suppositi. Si separaretur a diuino supposito: tamen quia vnita est actu diuino supposito: non existit in se quãuis actu existat in diuino supposito nec habet rationem suppositi actu. ¶ Ad illud quod arguebatur secundo q actu existere i se competit substantie per se immediate fundatur in ea ꝛc. Dico q substantiam creatam existere in se: ex duobus dependet scilicet ex se: ꝛ ex diuina generali influentia. Unde substantia creata vel generata sine illa generali influentia non sufficit existere in se: quia autem generalis influẽtia dei quia creature existunt volũtaria est: potest influẽre ta dei generalis non adesse substantie create ad hoc qõ existat in se: adesse tamen ad hoc quod existat in diuino supposito. Ecce ergo q absq; hoc qõ aliquid auferatur absolutum substantie nature humane que est in christo per hoc q non adest sibi generalis influentia dei ad hoc quod existat in se: non habet actualem existentiam in se. ¶ Item si dimitteretur a diuino supposito absq; hoc q aliquid absolutum sibi auferretur dum tamen sibi adesset diuina influentia: ad hoc q actu existeret in se: haberet actualem existentiam ꝛ haberet rationem suppositi. Et sic patet aliquo modo quomodo intelligi potest natura humana esse vnita diuino supposito. Nec habet rationem suppositi: cũ tamen nihil corrumpatur in ea qõ sit pertineno ad veritatem humane nature. Et sic patet solutio ad questionem ꝛ ad argumenta. Et hec de predicta questione sine preiudicio dicta sint. Ad 1^m argum^t. Ad 2^m

Questio. IIII.

Quæritur queritur vtrum possit diuidi qõ in eodem instanti sit sub speciebus panis in sacramento substantia panis ꝛ corpus christi. Qõ.4. Arg^m.

Quæritur videtur qõ sic quia aut in eodẽ instanti aut in instanti alio ꝛ alio: sed nõ in instanti alio ꝛ alio vt pobatur

batur ergo in eodem instanti: q autem nō in istāti alio & alio probo sic. si. n. in alio instāti ē ibi substātia panis & in alio instāti corpus christi: signetur vltimum instās i quo est ibi substātia panis: & vocetur. A. & primum instans in quo ē ibi corpus christi: & vocet. B. tunc arguo: sm q p
L.c.2. dat philosophus. 6. phy sicorum inter quelibet duo instātia ē tempus medium: ergo inter. A. & B. cadit tempus medium. Et sic erit dare tempus in quo sub illis speciebus nō erit substātia panis nec erit corpus christi: qđ est falsum. Vere ergo pōt dici q̄ subspeciebus illis i eodem instanti est substantia panis & corpus christi.

In opp^m **Contra** sequitur ē corpus christi: ergo nō ē substantia panis: & iterum sequitur ē substantia panis: ergo non ē corpus christi: si vere pōt dici q̄ in eodem instanti sit sub illis speciebus substantia panis & corpus christi: vere posset dici q̄ in eodem instanti sub illis speciebus esset substantia panis: & nō esset substantia panis. Et sic possent simul esse duo cōtradictoria vera qđ omnino est impossibile.

R^nō pma opinio **Ad istam questionem** voluerūt dicere quidā q̄ nō pōt vere dici q̄ sub illis speciēb^9 sit substātia panis & corpus christi in eodem instanti mēsure cōmunis: neq; in instanti alio & alio: sed in alio & alio instanti mēsure ppie qdē aliqui voluerūt vocare tempus discretū. Inter autem hec duo instantia non oportet q̄ cadat tempus medium. Sicut. n. inter duas signationes in linea continua oportet ponere lineam mediam: cum hoc nō oporteat. Inter duas lineas cōtiguas. Et si oportet q̄ in superficie cōtinua inter lineam & lineam cadat superficies media nō tamen hoc oportet inter duas superficies distinctas. Itē & si oportet: q̄ inter duas superficies imaginatas in soliditate continua cadat soliditas media non tamē oportet hoc inter duas superficies soliditatum cōtiguarum: vnde inter superficiem cōcavi ignis: & superficiem convexi aeris nulla cadit soliditas media: ita dicūt q̄ ḡtinuo iter duo instātia temporis cōtinui cadat tempus medium nō tamē oportet: q̄ cadat iter duo instātia tēporis discreti.

Eius im probatio **Contra** hoc arguitur sic in tempore cōtinuo cōtingit signare instās coexistēs instāti temporis qđ vocāt discretū sic: tūc arguo: aut vltimo instāti ppie ide sequitur in quo ē vltimo substātia panis. aut primo instanti proprie ide sequitur in quo ē corpus christi: sub illis speciebus. Respondet primo existētiam vnum instās tempus cōtinui aut duo: si vnum ergo: restat q̄ i eodem instāti temporis cōtinui sit sub illis speciēb^9 substātia panis & corpus christi. Si autem respondēt eis duo instantia mēsure cōmunis cum inter quelibet duo talia cadat tempus medium sequitur q̄ esset dare tēpus in quo nec esset sub illis speciēb^9: nec substātia panis nec christi corpus.

Opinio secunda. ¶ Ideo videtur aliter dicēdum q̄ nullo modo potest vere dici q̄ in eodem instāti sit sub illis speciēb^9 substantia panis & corpus christi: q̄ hec cōtradictionem includit: sed dico q̄ in toto tempore precedēte trāsubstantiationem fuit sub illis speciebus substātia panis: in vltimo autem illius temporis hoc ē in illo instāti in quo fit trāsubstātiatio ē ibi corpus christi: & nō substātia panis. Unde i eodem instāti i quo nūc primo nō ē sub illis speciebus substātia panis in illo instāti ē nūc: & primo sub illis speciebus corpus christi. Ista autem duo non cōtradicūt: nūc primo sub istis speciebus non esset substātia panis: & nūc primo sub illis speciebus esset corpus christi: & huic cōcordat doctrina phi. 6. phy sicorum vbi vult q̄ in stans ē signum posterioris passionis.

T.c.26. Ad arg^m **Ad illud** qđ primo arguebatur i oppositū respōdeo q̄ procedit ex suppositione falsi. supponit. n. q̄ sit dare vltimum instās i quo sub illis speciebus habeat esse substātia panis: hoc. n. falsum ē. Unde in illo instāti i quo panis desinit esse sub illis speciebus ibi nō ē: & nullo instāti in quo corpus christi icipit esse sub illis speciebus ibi ē: nulla. n. res neq; manēs neq; successiua ē in suo termino finali: & ideo desinere q̄ ē idem q̄ rem esse in suo termino finali ita q̄ ē sua expositio pmaria: secūdaria expositione exponi per negationem psentis: & positionem preteriti sub hoc sensu desinit esse: id ē nō ē: sed ante hoc instās fuit & hoc ḡuenit sibi sive dicak de rebus permanētibus sive successiuis: sed icipere q̄ ē idem q̄ rem esse in suo termino initiali. Unde eius expositio primaria ex sequēti expositione exponitur i rebus successiuis per negationem psentis & positionē futuri sub hoc sensu dies icipit esse. i. dies nō ē: & post hoc instās erit. In rebus autez permanētibus per positionē psentis & negationez preteriti sub hoc sensu. Angelus icipit esse. i. angelus ē: sed ante hoc instās nō fuit. Cum ergo in instāti trāsubstātiationis (illam. n. suppono fieri in instāti) substātia panis definat esse sub illis speciebus & corpus christi sub illis speciebus esse icipiat: debemus dicere q̄ in illo instāti nō ē sub illis speciebus substātia panis: sed ante illud instās ibi fuit: & q̄ sub illis speciēb^9 in illo instāti ē corpus christi: & ante illud instās ibi nō fuit. ¶ Si autem modo querao quare res que ē in suo termino initiali nō pōt esse i suo termino finali. Dico q̄ ratio hec ē q̄ terminus inticiationis ē esse: initiatio. n. tendit in esse & ideo omnis res que nata ē esse in instāti & fieri ē in instāti initiationis sue existētie: vel in istāti initiationis sue. terminus autem in quem cum dicit desitio ē nō esse: & nō nulla res pōt habere esse in istāti desitionis sue: vnde ratio illius solutiōis leidēter facte sumitur ex natura initiationis & desitionis: & sic patet solutio ad questionem & ad argumētum in oppositum.

Contra Quēritur vtrum alia sit filiatio qua christus refertur ad patrem ab illa qua christus refertur sicut filius ad matrem. Questio. V.

Qō. 5. Arg^m **Videtur** q̄ sic: quia alia est relatio qua deus refertur ad creaturam ab eterno: & alia qua refertur ad creaturam ex tempore: ergo similiter alia ē relatio qua filius dei refertur ad patrem ab eterno: & alia est illa que refertur ad matrem ex tempore: sed per filiationem refertur ad patrem & ad matrem: ergo ē alia filiatio qua refertur ad matrem ab illa qua refertur ad patrem.

In opp^m **Contra** a filiatione dicitur filius: ergo a duabus filiationibus duo filij: ergo si in christo filiatio qua refertur ad matrem esset alia ab illa qua refertur ad patrem christus esset duo filij: qđ falsum est.

R^nō. pme opinionis scti bo. in. 3. di. 8. q. 2. Instātia pma **Ad istam q̄stionem** Dicerūt quidā q̄ filiatio christi ad patrem & matrem ē eadem sm rem: differens sm respect^9. ¶ Contra realitas relationis aut cōsideratur sm fundamētum aut sm ipsum tertiū: sed fundamētum autez ē aliud & aliud q̄ alia ē natuitas tēporalis: & alia natuitas eternalis: respectus etiam ē alius & alius sm q̄ ipsi dicūt ergo: nō ē eadem relatio sm rem per illum modum quem ponunt. ¶ Item relatio sm q̄ relatio ē: nō dicit nisi respectum: vnde ipse respectus ē illud qđ respōdet relationi pro quiditate. Si ergo cōcedāt alium & alium respectum cōcedūt aliam & aliam relationem.

Secūda ¶ Alij dicūt q̄ filiatio qua christus refertur ad patrez bene ē filiatio sm rem: sed filiatio qua christus refertur ad matrem ē filiatio sm rationem: & tamē ē verus filius & Beata virgo vera mater. Sicut relatio qua deus inquantum dño refertur ad creaturam ē relatio sm rationem: & tamē vere ē deus creatura: relatio autem qua creatura iquātum serua refertur ad dominum est relatio sm rem. Ita dico q̄ relatio qua Beata virgo sub ratione qua mater refertur ad christū

Secūda opinio

ꝛ ē relatio ſm rem. Sed relatio qua chriſtus refertur in quātum filius ad matrem ē relatio nō ſm rez: ſed relatio ſm rationem: ꝛ tamen ē vere filius. Ratio autem quare dicīt ꝙ filiatio qua chriſtus refertur ad matrem nō ē relatio ſm rem: ſed ſm rationem: ē hec: q: ipſa natura humana nō habet rationez filiationis: vnde filiatio illa nō habet denominare humanam naturam in chriſto: ſed perſonam filij dei ratione tamē humane nature: perſona autem filij dei nullam pōt habere relationem realez ad matrem ſuam que creatura ē. ¶ Aliꝫ videtur dicēdum ꝙ filiatio qua chriſtus refertur ad patrem ꝛ filiatio qua refertur ad matrem: ē alia ꝛ alia relatio: ꝛ vtraq; ſm rem. Quia⁹ n. in filio dei nulla poſſit eſſe relatio realis ad creaturam ratione diuine nature: tamē in filio dei bene pōt eſſe relatio realis ad creaturam ratione humane nature. Nō nulla enim ſibi cōuenīt ratione humane nature que nō ſibi conuenīt ratiōe diuine nature: nec oportet propter hoc ꝙ natura humana ipſius chriſti habeat rationē filiationis: nec ꝙ dicatur filiatio ſed ꝙ ſit illud ratione cui⁹ competit ſuppoſito iſta filiatio tēporalis. Non n. oportet ꝙ relatio habeat ſemper denotare ſuum fundamentum. Sic ergo dicīt iſti ꝙ in chriſto ē vera filiatio realis ad matrem ratione tamē humane nature: ꝛ ē alia relatio ab illa filiatione reali qua refertur ad patrem. Ad patet ꝙ: ſi pater eternus aſſumpſiſſet humanam naturam de virgine vere fuiſſet filius virginis: ꝛ tamē nulla in eo fuiſſet filiatio ab eterno. Sic ergo in vno conueniūt iſte due opiniones vltime in hoc. ſ. ꝙ alia ē filiatio qua refertur ad patrem a filiatione qua refertur ad matrez: ſed in hoc differūt ꝙ: vna ponit ꝙ filiatio qua refertur ad matrem ē relatio ſm rationem ꝛ nō ſm rem: hec autem vltima ponit ꝙ ē relatio ſm rem. Qui vult ſuſtinere hanc opinionem vltimam que videtur rutior: faciliter pōt reſpondere ad argumētum in oppoſitum. nō. n. ſequit ꝙ ſi in chriſto ſunt plures filiationes ꝙ ipſe ſit plures filij: ſicut nō ſequit ſi I pīe aliquo ſint plures relationes ꝙ ipſe ſit plura relata: ꝙ: cuz dico plures relationes nō ē numeratio: niſi relationum: ſed cuz dico plures filij ē numeratio ſuppoſitorum ꝛ relationum ſimul. Qui vult ſuſtinere opinionē aliā. Pōt reſpondere ad argumētū i oppoſitum. Cū. n. arguit ꝙ alia ē relatio qua deus refertur ad creaturā ex patre ꝛ ē. Dico ꝙ ſi ē ibi alietas: illa alietas ē ſm rationē iſtā: ꝙ: ſiue ab eterno: ſiue ex tēpore deus non refert ad creaturā: niſi relatione p rōnē: ita ego dico ꝙ filiatio qua chriſtus refert ad matrē cū ad matrē refert ex tpe: nō ē illa filiatio qua refert ad pīez cū ad pīez referatur ab eterno: ſed iſta filiatio qua filius dei refert ad pīez eſt filiatio ſm rē: illa aūt filiatio qua refert ad mrem ē relatio ſm rō nē: ꝛ tñ vere filius ē. Sicut deus vere ē deus creature cum tñ ōnium dei ad creaturā nō ponit in deo aliquam relationem ſm rem ſed tñ ſm rationem.

Tertia opinio ꝛ cōis

Ad arg^m

Ad pīez oppoſitā

Arg^m

Qonſequenter Queritur vtrū aureola debeat chriſto. Et videtur ꝙ ſicut: ꝙ i xp̄o maxime fuerūt illa q̄bus debēt aureola: fuit. n. virgo: martyr: doctor: ergo triplicē hēbit aureolā. Qō. VI.

Qō. 6. In opp^m

Qontra omne p̄miū q̄ habitur^erat: ab inſtāti ſue p̄ceptionis hūit xp̄o: ſed extūc nō habuit aureolaz: ꝙ aureola debet victori: ſed ab iſtāti ſue p̄ceptionis non triumphauerat quare adhuc non pugnauerat: ergo nec poſtea aureolā habuit.

Rñ^o. De articulatio quōnio Primus articulus

Ad veritatē huius qōnis primo declarāduz ꝙd ē aurea. ¶ Scōo qd ē aureola. ¶ Tertio rōne quoz operū debeat aureola. ¶ Quarto declarādū ē p quē modū ē in xp̄o: ꝛ p quem modum nō. ¶ Dico ergo ꝙ aurea ē ſubſtātiale p̄miū bonoruz q̄d cōſiſtit in clariſſima dei viſione ꝛ perfectiſſimo eius p̄fruitione: ſecurriſſima tētione. Hoc aūt p̄miuz aurea dīcī q: victoribus dat. Victori autez debet corona: tñ quare facit creaturā rōnaleni perfectiſſime ipſi deo eſſe ſubiectā cui eſſe ſubiectum regnare ē: tñ q: ad ſimilitudinez corone que p̄met linea circulari que perfecta ē. Cui nō pōt fieri additio niſi accidētalis. Et illud p̄miū eſſentiale ē ita perfectum ꝙ quicquid ſuperadditur: accidentale ē. Et iterum ſicut in corona que circularis ē principiuz cōiungitur fini ꝛ finis principio: quia a puncto a quo incipit linea circularis ad illū punctū terminat miſra q̄d idē punctus habet rationez principij ꝛ finis: ita dico ꝙ per ipſum p̄emiuz eſſentiale creature rationalis que p̄ creationem a deo proceſſit ſicut a principio: ꝛ per gratiā verſus ipſum principium reflectitur: ipſi principio cōiungitur ad ſimilitudinem linee circularis. ¶ Conſequenter declarāduz eſt quid eſt aureola: dico ergo ꝙ aureola ē de operibus gaudium a ſe factis rationem hābentibus victorie excellentis: per q̄ apparebit exterius in corpore quidam decor: qui p̄dictum iterius gaudium exterius declarabit. Et ſic patet ꝙ aureola eſt gaudium de bono creato. opera. n. que bonis facit bona creata ſunt. Et ꝙ aureola nō ē gaudium p̄o quibuſcūq; operibus: ſed p̄o operibus p̄iuilegiatis p̄uilegio excellentis: victorie: ꝛ ꝙ principaliter ē in anima quāuis aliqua perfectio ex ſ̄ exterius redundet in corpore. Et ſic patet ꝙ aureola eſt accidētale p̄mium quāuis nō q̄cūq; accidētale p̄mium aureola dici poſſit. Et dicitur aureola reſpectu auree ad ſignificādum ꝙ aurea ē aliquid excellētius q̄ſ aureola: ꝛ ideo ſignificatur vocabulo q̄d repreſentat diminutiuum ipſius auree. Hec aūt aureola figurata fuit exodi. 25. vbi dicitur ſic. Facieſq; illi labium aureum per circuitum: ꝛ ipſi labio coronam interraſilem. Altera. 4. digitis ꝛ ſuper illā alterā coronā aureolā. In quo figuratuz fuit ꝙ ipſa aureola dicit aliquid ſuperaddituz auree: quāuis nō q̄cūq; ſuperadditum auree aureola dici poſſit. ¶ Cō ſequēter videndum ē magis in ſpeciali: ratione quoz⁹ operum debeatur aureola. Dico ergo ſicut iam dictū ē ꝙ aureola debetur operibus que facit ipſemet homo aureolā recepturus operibus dico habētibus rationem victorie excellētis. Et ideo ſm ſpecificationem iſtarum victoriarum erit ſpecificatio aureolarū. ¶ Debemus. n. ſcire ꝙ triplicem habemus inimicum. ſ. carnem: mūdum: ꝛ diabolum qui diuerſis modis p̄ra nos bellāt: ſed q̄d dicit i proſa quadā: mūdus: caro: demonia diuerſa mouent p̄elia. Bellat. n. caro p̄ra nos: per carnales blādicias vel ō licias: mūdus per tyrānicas violētias: diabolus per falla ces fraudulētias. Per virginitatem autem perfecte ꝛ excellēter vincunt carnales delicie vel blādicie per martyrium perfecte ꝛ excellētem vincunt tyrānice violentie: qui. n. p̄o chriſto occidit nō vincit: ſed perfecte victor efficit. Per doctrinā autem veritatis ſalutiferē: hoc ē per doctrinā fidei ꝛ morum: perfecte ꝛ excellēter vincūtur diabolice fraudulentie: q: homo non tm̄ ſe p̄ſeruat a diabolicas fraudulētias viuēdo fideliter ſed docendo alios facit quātum in ſe ē: vt ꝛ alij diabolicas fraudulētias deprehendāt. Sic ergo patet ꝙ ratione virginitatis debet aureola virginib^o: ꝛ ratione martyrij debet aureola martyrib^o: ꝛ ratiōe doctrine debet ampla doctorib^o. ¶ Cō ſequēter declarādum eſt per quem modum eſt in chriſto. Aureola poteſt conſiderari vel ſm id ꝙ ē: vel ſub ratione qua militi datur a principe. Si autem conſideraf aureola ſm id q̄d eſt: videtur dicendum ꝙ aureola ē habitus ꝛ perfectiſſime vicit diabolicas fraudulētias p̄ quas diabolus nitebatur bellare contra chriſtum: ꝛ contra ſuos. Vnde vicit ſaluator Joānis. 12. nūc princeps huius mūdi eiciet foras. Fuit etiam p̄fectiſſime martyr. mortem. n. ſua perhibuit teſtimonium veritati: vnde ipſe dicit ad hoc veni in mūdū vt teſtimoniū perhibeaz veritati vnde aſperuā

Aurea quid

Scōo articulus Aureola quid

Tertius articulus Ratione quoz⁹ operū debetur aureola. Trip lex hois i nimicus

Aureola duplr cōſideraf

Joā. 18.

vnde asprima morte patientissime sustinendo pfectissime vicit ? excellentissime tyrannicas violētias: vñ dixit discipulis Joā.16.pdidite: ego vici mūdū. Quānis etiā carnalis ꝯcupiscentia ꝓtra ipsum nō bellauerit eo ꝙ caro eius sanctificata fuit imo vt expressius dicaf ? verius sancta:q: peccatū originale numq̄ habuit nec fomitē in carne q: pfecte eius caro fuit obediens ipi animę: ? ita pacifice tenuit dñium supra carnem absq; aliqua carnis rebellione nō debet denegari esse in eo aureola virginitatis:pugna.n.ordinat ad victoriā:victoria ad dñiuz pacificum:ideo.n.homo pugnat contra hostē vt hoste vincto pacifice dñet.vnde ñ princeps ita tenet subditos suos:vt nec rebellēt nec rebellare possint esto ꝙ numq̄ rebellauerint tñ pfectionē victorie hēre de subditis inquātum habet illud sup eos ad qđ ordinat victoria:hoc est dñium pacificū:cuius ergo caro christi numq̄ rebellauerit ei ōtra spūm nec rebellare potuerit:tñ q: alia christi super dñium pacificum habuit:dico ꝙ aureolam virginitatis habet:cuius ꝯcupiscentia carnalis ꝓtra ipsum numq̄ bellauerit.ipsi.n.inclinatio qua carnalis ꝯcupiscentia nitit trahere aiam ad carnaleo delicias inordinatas bellando ab interior aureolā virginitatis accepit imo forte ipsam pfectiorez reddit. Pōt tñ dici ꝙ si christus nō pugnauerit ꝓtra carnalem concupiscentiā q: in ipso nulla fuit:pugnauit tñ ꝓtra exercitum carnalis ꝯcupiscentie: hoc est ꝓtra ea que carnalis cupiscētie fauent:? illa vicit ? in illo sicut vincit princeps in exercitu suo: quodāmodo carnalis ꝯcupiscentia victa fuit. Sic ergo ostensum ē quō habuit aureolam pfectissime accipiendo aureolam sm illud qđ est:tñ sub ratione qua multi qui nō est princeps oēs a principe:aliquo modo eā nō habuit q: ipe christus est princeps vnde ipsemet inquātum deus seipsum inquātum homo aureola coronauit. ¶ Ally aūt ꝙ dēnt aureolā ab eo accepunt sicut milites victores a suo principe:sicut videmus ꝙ christus habuit votos cōsiderādo votos sm id q; sunt:tñ nō habuit votos sub ratione qua sponse a sponso date sunt:ipse.n.christus sponsus est : ita dico ꝙ christus nō debet dici miles neq; princeps militū: cuius summus princeps sit rōne diuine nature p hoc patet responsio ad argumenta. ¶ Cū.n.arguit q; christus fuit virgo martyr:? doctor ?.Dico ꝙ ad illud argumētū ꝯcludit ꝙ christus hēt aureolas sm illud q; sunt. ¶ Cū aūt arguit ad oppositum q; non fuit victor ab instanti cōceptionis sue ? tamē totū ꝑmum qđ erat habiturus habuit ab instanti sue conceptionis ?. Dico ꝙ verum est de substantiali ꝑmio qđ est aurea:ab instanti enim sue conceptionis non habuit gloriā corporis in re sed in certa expectatione:? sic patet solutio ad argumenta.

Ad arg^m

Ad op^m.

QOnsequenter descendēduz ē ad questiones q̄ fuerunt de creatura.De creatura aūt fuerunt quēste quedā cōnes spectantes ad sciam speculatiuā:quedā spectātes ad practicā:siue ad morū informationē. ¶ Questiones aūt de creatura spectantes ad speculatiuā quedā fuerunt de creaturis in cōmuni: quedam de quibusdam creaturis specialibus. ¶ De creaturis in cōi fuerūt tres cōnes:vna respiciens suum esse cognitū qđ habet ab eterno:quare ab eterno fuit a deo cognita:quę qđ fuit hec.Utrū creatura añ mūdi cōstitutionē habuit aliquā relationē realē ad deū. ¶ Alia respiciens suū esse reale actualis existētie:q; fuit hoc.Utruz esse actualis exīstie sit idē re cū essentia cuiꝰ ē esse.Alia respiciēs sui cōparatōez ad rē alia:q; fuit 5.Utrū relatio idez sit realr cū suo fūdamento. ¶ Querit ergo primo vtruz

Et tādē sco.in p^o di.36. Qō.7. Arg^m.

QVidetur qđ sic vult.n. Simplicius sup prędicamenta ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit reo prędicamenti nihil differt vtrū sit actu vel nō:ergo aliquid potuit esse reo prędicamēti ab eterno.Sed veram rem prędicamentalem consequit realis relatio ad ipsum deum:ergo ab eterno fuit ipsius creature relatio realis ad deum.

Contra ab eterno creatura nō habuit esse nisi i intellectu diuino:sed relatio que cōsequit rē inquātum habet esse in intellectu nō est reddutio realis sz sm rationem:ergo ipsius creature ad deum non fuit aliqua realis relatio ante mundi constitutionem.

In opp^m

Ad istam questionem Respondeo ꝙ ipsius creature ad deū nulla sunt relatio realis ante mūdi ꝯstitutionem. ¶ Ad cuius intelligentiam sciēdū ꝙ est quedaz relatio realis simpliciter:? illa est que consequit rem habentez esse realem in actu.Alia relatio que est pure sm rationē: sicut est illa que consequit rem sm suum esse cognitum:qđ esse non pōt habere actū in re extra:est alia relatio q̄ non est pure sm rationez cuius magis debeat dici sm rationem quā sm rem:sicut est illa que consequit rem sm esse cognitum:qđ esse tñ pōt hēre in re extra. ¶ Exemplum aūt de relationibus realibus est:duplū dimidium: pinitas filiatio:similitudo equalitas:? huiusmodi q̄ relationes realeo dicunt inquātuz consequit res habētes esse reale actualis existētie.Exēplū de scdo relationibus est:sicut vniuersalitas.hec enī psequunt rē sm esse suum intellectā ꝑter vnitatem ? multitudinē. Cum.n.intelligo naturā asininā ꝑter vnitatē ? multitudinē: istā naturam vt sit intellectiua:cōsequit qđā relatio inclinans ad Burnellū ? Fanellum.Et sic de aliis que relatio vocat noie vniuersalitatis:ipsa aūt nature vt sic intellectiue nullum pōt deberi esse reale actualis existētie:impossibile ē enim esse creaturaz in actuali existentia sine vnitate vel multitudine:? ideo vniuersalitas est pure relatio sm rōnē. ¶ De tertio genere relationū:sunt relationes singularū creaturarū ad ipsum deū ante mūdi ꝯstitutionē ab eterno a deo intellectę:? intellexit eas cū illis ꝑdicationibus cū qbꝰ fecit eas esse actu ex tpe.Et ideo ille relationes nō sunt pure sm rōnes:magis tñ debent dici sm rōnem quā sm rē:q: cuius ꝓsequēter verā essentiā nō ꝓsequebant tñ eā:nisi sz esse cognitū:vñ pōt dici:q; simpliciter erāt relationes realeo sm rōnē: sz qđ aūt erāt relationes sm rē:p tāto q: ipsaz creaturaz erāt future relationes realeo ad deū:q; ante mūdi ꝯstitutionē creature nō erāt sed future erāt:? ideo nō erāt eaz relationes realeo ad deū sed future erāt. ¶ Argumētū p pte ista videt cōcedēdū gra conclusionis. ¶ Ad argumētū in oppositū rñdeo ? dico rē ꝑdicamētalē nō sequit realis relatio nisi cū hēt esse reale actualis existētie:creature aūt nō habuerunt esse reale actualis existētie ab eterno sed tāmodo esse intellectū inquātū fuerūt a deo cognite.Et ideo creaturaz ad ipsum deum ante mūdi creationem non fuit aliqua relatio realis sm actum:sed trimō sm potentiā.Et sic patet solutio ad qōnem ? ad argumētū in oppositū.

Ad arg^m Ad op^m.

QOnsequenter Queritur vtruz esse actualis existentie sit idem re cum essentia cuiuo est esse.

Arg^m

Questio. VIII. Qō.8.

QVidetur qđ nō:q: solius dei ꝓprium ē q; sit eno p suam essentiā:sed si esse actualis exīstie esset idez re cū essentia creature cuiꝰ ē esse:q̄libet creatura esset eno actu p suā essentiā:ergo esse actualis existentie nō est idem re cum essentia creature cuius est esse.

Contra si eē actualis exīstie nō ē idē re cū essentia creature cuiꝰ ē esse:tūc cuz ipm esse sit reo creata erit per aliquid aliud a se.Et sic esset procedere in infinitum quod est inconueniens.

In opp^m

Rñ°. Eádem mām vide.7.meta.ab antõio and. t alys.

Ad istam q̃stionem

vi mihi ad preſens rñdendū ſm q̃ mihi occurrit q̃ eſſe actualis exĩtie nõ dicit aliqd reale abſolutū ſupadditū eſſentie cui° ẽ eſſe:vñ vel ẽ idẽ re cum eſſentia cui° ẽ eſſe:vel cum aliqua ptẽ eſſentie cui° ẽ eſſe, q̃ztū ad illud qđ dicit abſolutū:q; ſic dicit aliquā rõnalẽ ad factorẽ:b ego nõ dico eſſe idẽ cũ eſſentia cui° ẽ eſſe ſz reſpectū ſundatū i eſſentia illa. Nec tñ iſta p̃dicatio ẽ re: cipiẽda:eſſentia creature ẽ ſuũ eſſe. ¶ Ad quoz itelligẽ tiã ſic p̃cedendū ẽ. ¶ Primo declarãdū ẽ q̃ eſſe actua lio exĩtie quo creatura ẽ i p̃mo actu:nõ ẽ accidẽs eẽntie ipſi° creature. ¶ Cõſequẽter declarãdū ẽ q̃ nõ eſt aliqd originatū vel cãtum ab eſſentia ipſi° creature. ¶ Tertio declarãdū ẽ q̃ nõ ẽ aliqd ſupadditū eſſentie ipſi° creatu re. ¶ Et q̃rto declarãdū ẽ q̃ iſta p̃dicatio nõ eſt recipiẽ da:eſſentia creature ẽ ſuũ eſſe. ¶ Primũ declaro ſic ſi eẽ ipſi° actualis exĩtie ẽ accidẽs ipſi eſſentie create:tũc eẽn tia ſbe create ẽ p participationẽz ipſi° accidentis: ipſum aũt accidẽs eſſet ipſa actualitas eſſendi:t ita eſſet actualitas p eſſentiã:ſba aũt eſſet actu p participationẽ illi°: ſed verius t principalius q̃uenit actualitas illi cui q̃uenit p eſſentiã quã illi cui q̃uenit p participationẽ:ergo verius t p̃ncipali° q̃uenireṫ actualitas alicui accidenti nãli q̃z il li ſbe cui°eſſet accñs qđ eſt ſ̃ veritate t ſ̃ oẽs pboo nota bules:q oẽs q̃ſentiũt q̃ ſbm pluo bz de actualitate q̃z ac cidens ei°:ergo falſuz eſt dicere q̃ eſſe actualis exĩtie ip ſius ſbe create:ſit accidens ei. ¶ Jtẽ ſm pbm forma ſba lis dat eſſe ſimplr:ſz forma accidẽtalis nõ dat eſſe ſimplr: ſed eſſe tale.q.d.p forma accñtalem nõ bz ſba eſſe ſed cla rificationẽ eſſendi:ergo eſſe actualis exĩtie quo ſba ſim pliciter exiſtit forma accñtalis dici non ꝺz. Hunc q̃ſentit pho.4.meta.vbi dicit.Amplr° aũt cuiuſcũq; ſba vnũ eſt nõ ſm accñs ſz ſimile t q̃ qđ eno:t parũ añ dicit q̃ ẽ idẽ vnus homo:t eno homo:t homo t nõ diuer ſum aliqd opz ſm dictionem repetitã.homo t eno:homo t vn° ho mo.hec de p̃mo articulo dicta ſunt. ¶ Cõſequẽter oſtẽ do q̃ eſſe nõ eſt aliqd originatū vel cãtuz ab eſſentia ſbe cuius eſt eſſe.cãtio.n.vel originatio eſſendi eſt realis opa tio t nobilis:realis aũt opatio p̃ſupponit ordine nature reale eſſe actuale in ſba que opat.primo. n. ordine nature eſt eſſe quã oparı:ergo ſi eſſe actualis exiſtẽtie originaret vel cãret ab eſſentia ſbe cuius eſt eſſe:tũc exĩtia ſbe p̃a ordine nature bẽt eſſe actualis exiſtẽtie:q̃z ab ea origina retur:t ſic eſſe actualis exĩtie ordine nãe p̃cederet ſuam p ductõez: qđ ipoſſibile ẽ. Jmpoſſibile ẽ.n.q̃ aliqd creatũ p̃mo ſit ordine nãe:q̃z p̃ducat:ergo eẽ actualis exĩtie nõ eſt aliqd originatum vel cãtũ ab eſſentia ſbe cui° eſt eſſe. ¶ Hoc idem p̃bat p auctoritatez Algazel libro.1.meta. ſue.c.2.vbi dicit ſic.Quõcuq; ſit cã.1.vel inter ſbm vel extra neceſſe eſt p̃mo eſſe ad b q̃ ſit cã alterius:vñ ipoſ ſibile eſt vt exĩtia ſit cã exñdi:t aliqbus iterpoſitis ſeq̃t. Neceſſe ẽ.n.cãm eſſe ad hoc vt faciat eſſe aliud: eſſentia vero nõ p̃cedit eſſe:quõ igit erit cã ipſius eſſe.q.d.nõ po teſt.Et b de.2.articulo dicta ſint. ¶ Tertia declaratio q̃ eſſe actualis exĩtie nõ ẽ aliqd abſolutũ ſupadditũ eſſen tie ſbe cuius eſt eſſe:quare aũt eſſet accñs:aut ſba cõpoſi ta:aut mã:aut ſbalis forma. Sed accñs nõ eſt vt iam pro batũ eſt:nec ſba cõpoſita alia ſba cuius eſt eſſe:q; pari rõ ne oporteret illã ſbam eſſe p ſbam aliam. Et ſic ſine fine qđ abſurdũ eſt. Nec eſt mã q̃ eſſe dicit maximaz rõnem actualitatis que ſit in ente mã aũt minima:ergo ſi eſſe eſt aliqd ſup additũ eſſentie ſbe cuius eſt eſſe:tũc oporteret q̃ eſſet ſbalis forma:aut ergo eſſet ſbalis illi ſbe cuius ẽ eſſe:aut alicui alij nõ ſbe cuius eſt eſſe q̃ vltra formã cõ plectituz qua cõplectit eſſentia ſbe nulla forma ſbalis ſi bi vltra illam eſſe põt:ergo oportet q̃ eſſet forma ſbalis alicuius rei cui° nõ eſſet. Sed hoc torũ eſt abſurdũ:ergo eſſe actualis exĩtie nõ eſt aliqd ſupaddituz eſſentie ſbe cui° eſt eſſe. ¶ Jtem ſi aliqd eſt ſupaddituz eſſentie ſbe cuius eſt eſſe:q̃quid ſit illud p̃ſtat q̃ creatura eſt:tũc q̃ ro vtrũ habeat eſſe formalr p aliud a ſe:aut p ſe ipm. Si bz eſſe formalr p aliud a ſe:tũc t aliud t illud ſiliter bẽ bit eſſe ẽt formalr p aliud a ſe:t ſic deinceps:t eſſet p̃ceſ ſus in infinitũ:qđ eſt incõueniens. Si aũt habeat eſſe p ſe ipſum formalr:cũ ſit creatura tũc eſt dare creaturaz que realr idem eſt eũ ſuo eſſe:ergo pari rõne hoc poſſum° cõ cedere de ſba creature. ¶ Ad hoc aũt eſt auctoritas cõ mentatoris ſup.4.meta.ſup tex.3.vbi reſpẽdit Auicẽ. de b q̃ poſuit eno t vnũ ſignificare diſpoſitiones addi tas eſſentie rei:vnde dicit ſic.Auicẽ.aũt multũ peccauit in hoc q̃ exiſtimauit q̃ vnũ t eno ſignificãt diſpões ad ditas eſſentie rei:t mirũ eſt de iſto hoie quõ errauit tali errore.Et poſtea dicit.Nos aũt dicimus q̃ ſignificãt eã dem eſſentiã:ſed modis diuerſis non diſpões diuerſas additas eſſentie:t pluribꝰ interpoſitis poſtea.Dicit itez cõmentator:q̃ vnũ non dicit de re addita nature diſpoſite ex hoc q̃ ſba cuiuſlibet rei eſt vna eſſentialr nõ p rez ad ditam illi:q̃m ſi res eſſet vnum p aliquã rem additã ſue nãe:tũc nihil eſſet vnũ p ſe t p ſuã ſbam:ſed p rem addi tam ſue ſbe:t illa res q̃ eſt vna. Si dicat q̃ eſt vna p intẽ tionem additã ſue eſſentie:querit etiã de illa re p quã ſit vna. Si ergo ſit vna p intentionem additã illi: reuertẽt. t p̃cedet in infinitũ:t paucis interpoſitis ſubdit. Dica mus q̃ ſba cuiuslibet vnius p quã eſt vnũ:eſt ſuũ eſſe p q̃ eſt eno. Ecce q̃ cõmẽtato: apte vult q̃ eſſe:t vnitas nõ dicũt diſpoſitiones ſupadditas ſbe cui° ſunt. ¶ Un de debeo notare q̃ eſſentia:eno:vnũ:verũ: bonũ: idem videnṫ dicere ſub ıtentionib° diuerſis:ſed eſſentia noiat q̃d noiat mõ abſolutiſſimo. ¶ Si forte dicas q̃ i p̃ceſſi buo iſtius ſupponit q̃ nõ ſit medũ inter ſbam t accidẽs: t forte dices q̃ q̃zuis eſſe dicat ſupadditum eſſentie ſbe cuius eſt eſſe ita q̃ nõ ſit ſba nec paro ſbe: tñ accidẽs nõ eſt. ¶ Cõtra iſtã rñonez arguit ſic. Et p̃mo oſtendo q̃ rõ inſufficiens eſt:q; nõ trimõ p̃batũ eſt q̃ eſſe nõ ſit ac cidens ſbe cuius eſt eſſe:ſed etiã p̃batũ eſt hoc q̃ nõ eſt aliqd abſolutũ ſupadditũ eſſentie cuius eſt eſſe: quicqd ſit illud. Unde tua reſponſio inſufficiens eſt. ¶ Jtem p bo q̃ falſum ſupponis in tua reſponſione. Supponis.n. q̃ medũ eſt iter ſbam t accidens:t hoc falſuz eſt. Si.n. vellemus oſtendere qd eſt accidens in cõi:diceremus q̃ eſſet aliqd qđ nõ eſt ſba nec paro ſbe:ſed aliqd ſupaddi tum ſbe t ei inherens:t qđ dico inherens refero ad ac cidens p̃pte dictũ:hec dico pp relationez. Et ita patet ex deſcriptione accidentis q̃ nullo modo medũ eſt iter ſbam t accidens. Si accipiaṫ ſba ingẽtum cõprehendit ſbam compoſitã t ptes ſbe.f.mãm t formã: t ſi accipia mus accidens in ſua amplitudine:hec dico pp hoc q; ſi reſtringeremus accidens qđ ponit a porphyrio. vnũ de q̃nq; p̃dicabilibus ſic p̃prietas nãlis diceret qd mediuz inter ſbam t accidens q̃m p̃prietas nãlis dicit aliqd ab ſolutũ ſupadditũ eſſentie ipſius ſbe. Et hec de.3.articu lo dicta ſint. ¶ Quarto declaro q̃ non obſtãt b q̃ eſſe ſbe create non dicat aliqd abſolutum ſup eſſentiã ſbe cu ius eſt eſſe:q̃ tñ b non ſit recipienda eſſentia ſbe create eſt ſuũ eſſe. Quare eſſentia nominat qđ nominat modo abſolutiſſimo:eſſe aũt ſbale actualis exiſtentie nominat ipſam eſſentiam:t quãdaz relationem cum ea. Sicut.n. eſſe accidentis noiat eſſentiã acciden tis t relationez ip ſius ad ſbam:vnde eſſe ipſius accidentis eſt eſſentia ipſi us accidentis ingẽtum inherens ipſi ſbe. Et loquor de eſſe accidentis:qđ ſibi cõpetit nãliter:eo modo quo poſ ſumus dicere accidens eſſe:quia ſuum eſſe vſe in alio eẽ ſic ẽt eſſe ſbe nominat eſſentiam ſbe inquãtum exiſtit in ſe ipſa vel inquãtum ſibi inuitꝝ t non aly vt ſuppoſito: t loquor de eſſe ſbe qđ ſibi competit nãliter. Dicit ergo eſſe actualis exiſtentie ipſam ſbaz vt eſt ſubſtentata in ſe ipſa vel vt

Primus articulus

Secõs articulus

Tertius articulus

Quartꝰ articulus

Eſſentia eno: vnũ verũ: bonũ: idem : idẽ ſunt. Obiectõ

Eius ſm probatio

8.met. t. c.6.t ide 2. phyſi. t.c.30. 2. de aia. t. c.37. t.c.3.

ipsa vel vt est subsistentia se ipsa. Qđ ergo dicit essentia absolute: dicit esse actuale ipsius cum quadam relatione ad seipsam vt ad suppositum: & ita cum dico essentie sbe est suum esse: predicat compositum ex essentia & illa relatione: siue sit rei siue rationis de ipsa essentia absolute dicta. Et sic quodāmodo ꝑdicat compositus de altera parte. Falsus ergo predicatio non est recipienda. ¶ Ad hoc potest adduci aliquo modo exemplum. Certum est. n. q̄ currere non dicit sup cursum aliquid absolutum: sed tantūmodo relationem ad currentem: vnde qui dicit cursus absolute dicit currere inquātum est in currente: & tamen videmus q̄ ista predicatio est falsa: cursus est currere. Et simili dico in proposito q̄ quare illud qđ nominat essentie absolute nominat esse cum quadaꝫ relatione ad seipsam: vt est suppositum substantans seme ipsum: ideo hec predicatio non est recipienda: essentia creata est suū esse: cui⁹ esse nullam rem absolutam addat sup essentiā sed tantūmodo relationem ad seipsaꝫ vt est habens rōnē suppositi: & respectum ad creatorem: qui debet essentie creature inquātum creata est. ¶ Arguit qđ probat q̄ esse nullam rem addit sup essentiam creature procedebat de re absoluta: & ideo concedendum est. ¶ Ad argumentū in oppositum respondenduꝫ est. Cum. n. dicit q̄ propriū est solius dei q̄ sit ens p essentiam. Dico q̄ verum ē si intelligat esse p essentiam illi cui nihil est necessarium ad sui existentiam: nisi propria essentia. Sic. n. solus deꝰ est ens p essentiā. omni. n. essentie create ad sui existētiā necessarium est aliquid aliud a se q̄ oēm essentiam creatam oportet ab alia essentia esse: & ab alia essentia ꝓfluere. Diuina aūt essentia non est ab alia essentia nec ab alia essentia ꝓfluat. Sed si intelligat esse p essentiā sicut quasi p quoddā ꝓncipium formale essendi vel p modum formē significatum: hec dico pp hoc in compositis essentie cōprehendit mām & formā: sic dico q̄ ens creatū est p suam essentiam: exemplū hēo. Dicimus. n. q̄ bonitas creata est bona p suam essentiam aliquo modo: & aliquo modo non. formaliter. n. loquendo bona est p suā essentiā sm q̄ esse bonum p essentiam importat non hīc bonitatem ab alio: & importat bonitatem sūme simplicez: sic sola bonitas increata bona est p essentiam: & sic patet solutio ad argumentum. Et sine temeraria assertione dicta sint que in hac questione sunt dicta. Qō. IX.

Qō. 9. Argm

QOnsequenter Queritur vtrum relatio realiter idez sit cuꝫ suo fundamento. ¶ Et videt q̄ sic: q̄ si relatio nō est idem realiter cum suo fundamento: aut est in aliquo vt in sbo: aut nō: si est in aliquo vt in sbo: tunc non posset res aliqua de nouo referri sine sui mutatione qđ falsum videt. Si. n. sum albus: & aliquis niger efficiat albus: tunc de nouo ero sibi similis sine mei mutatione. Si autem dicas q̄ non est in aliquo sicut in sbo: tunc cum relatio sit vnū de nouem accidentibus sequit illud inconueniens q̄ accidens erit sine subiecto per naturam: qđ impossibile videtur.

In opm. Specialr poꝛ// phyriuꝫ c. de spē.

Contra decem predicamenta sunt decem prima genera rez̄ sm pluriū philosophoꝝ sententiā sed sm pōm in predicamentis: relatio est vnum de illis decem generibus distinctum contra alia: ergo relatio in quantum dicit aliquid distinctum contra alia ꝓdicamenta dicit rem aliquaꝫ: sed relatio non dicit quid distinctū contra alia predicamenta: nisi ratione huius q̄ addit supra suum fundamentum: q̄ aliquando habet qualitatez pro fundamento aliquando quantitatē: aliquando sbaꝫ: ergo relatio vltra suum fundamentum dicit rez aliquā.

Rñ

Ad istam questionem Respōdeo q̄ relatio nō est realiter idem cum suo fundamento: & loquimur hic de relatione realī inquantum distinguit contra relationez̄ rationis. Et q̄ relatio non sit idem cum suo fundamento realiter: probatur auctoritate: primo ratione: secundo experientia: tertio & quarto remouendo illud qđ inducit aliquos vel inducere potest ad opinādum q̄ relatio realiter sit idem cum suo fundamento. ¶ Ad ꝟ primo est auctoritas pbi in ꝓdicamēto q̄ allegata est in oppōnēdo pro parte ista. Secundo hoc probo ratione. certuꝫ est. n. q̄ in diuinis est trinitas psonaꝝ & vnitas substantie: certum est etiam q̄ persona vltra essentiam (vt ita loquar) non dicit nisi relationem: ergo trinitas in diuinis attenditur penes ipsas relationes psonaꝝ constituitiuas: tunc arguo sic: si relatio non dicat vltra suuꝫ fundamentum nisi rem rationis: tunc in diuinis nō esset realis distinctio psonaꝝ: qđ falsum est. Si autem ipsa relatio in diuinis dicit rem veram que p comparationem ad illud in quo est trānit & p comparationem ad illum ad quem est manet: cum vera relatio maneat in diuinis sm Boetium in libro de trinitate. Sequit etiam q̄ relatio in creaturis dicit rem aliam a suo fundamento inquantum respicit terminum: quāuis in comparatione ad sbm nullaꝫ rem addat vltra suum fundamentum. ¶ Tertio declaro hoc p experientiam exprimur. n. p visum q̄ eedem res in numero sub vno ordine aliam passionem realez̄ efficiunt in visu cū sub alio ordine. Et similiter idem soni sub vno ordine aliam passionem in auditu efficiunt cū sub alio ordine. Si illud q̄ nulla res est: nō est causa nec cuꝫ causa variationis realis effectꝰ: ergo cū ille res maneant eedē & propter solius ordinis mutationez̄ fiat realis variatio in effectu: sequit q̄ ordo dicat rem aliam a rebus ordinatis: sed ordo est relatio que dam: ergo relatio dicit rē aliam a suo fundamento. ¶ Item videmus q̄ ex diuersa habitudine partium quantitatis inter se causat quedaꝫ qualitas que nominat qualitas in quantitate: hec est figura quam ponit philosophus in. 4. spē qualitatis. habitudo autem partium quantitatis inter se est quedam relatio partium quantitatis adinuicem. Ergo ex relatione inter partes ipsius quantitatis causat qualitas in quantitate: sed illud q̄ non dicit rem aliquam: non potest esse causa nec cū cā positiua alicuius effectus realis. Si ergo qualitas in quantitate huiꝰ est figura dicit aliquam aliaꝫ rem a quantitate sequit q̄ ipsa relatio partium quantitatis inter se sit res alia ab ipsis partibus quantitatis: hec autem ratio procedit ex suppositione siue sub conditione istius q̄ figura dicat rem absolutam aliam a quātitate. ¶ Quarto remouendum est aliquid qđ inducit vel inducere potest aliquos ad opinandum q̄ relatio sit realiter idem cum suo fundamento. Quare. n. quidam aspiciunt ad vnum extremum relationis per se & nō inueniunt relationez̄ aliquid ponere vltra ea que absoluta sunt in eo. Item respicientes ad aliud extremum per se non inueniunt relationem ponere aliquid vltra ea que absoluta sunt in illo. Ideo videt eis q̄ relatio inter aliqua duo extrema nullam rem ponat vltra rem absolutam: & isti decipiuntur q̄ volentes querere naturam & causam relationis: querunt naturam & causam entis absoluti. Si enim aspicientes aliquid vnum per se: inuenirent ibi relationem aliquid ponere vltra fundamentum. Jam relatio non esset relatio: sed aliqđ accidens absolutuꝫ: Nec est. n. natura relationis ex duobus simul dependere: vnde quāuis aspiciens ad vnum per se: nō inueniat relationē aliqd ponere vltra fundamētum: tamē si ad duo simul aspiciant inuenient relationem aliquid ponere vltra fundamentum. s. habitudinem aliquā illoruꝫ duoꝝ inter se.

Eādē hꝫ sco. in. 2. di. 1. q. 5.

Argumentum probo q̄ relatio nō ē realiter idē cum suo fundamento in creaturis gratia conclusionis concedendum est.

Ad opm.

Ad argm

Ad illud qđ arguit in oppositū. Dico q̄ relatio p cōparationem ad illud cuius ē: sicut ei

qđ denominat nō dicit aliquid reale vltra fundamētum q̄ existat in illo quem denoiat: ⁊ ideo pōt aliquid referri de nouo sine sui mutatione. Et cuz tu arguis vltra ergo accidens esset sine subiecto. Dico q̄ prima diuisio entis creati: ē in ens in potētia: ⁊ in ens i actu prima aūt diuisio entis creati in actu: ē in ens qđ ē natum per se stare ⁊ in ens qđ nō ē natum per se stare: ens autem qđ est natuz p se stare substātia est: substātia.n. vnde substāti nō est dependens: nisi ab ipso deo cuius substātia vnde corruptibilis est ab aliquibus causis scīs depēdēt: ens autez qđ est natum per se stare naturaliter diuidit in ens qđ ē natum esse pars entis p se stantis: ⁊ tale ens est substātialis forma saltem corporalis: ⁊ materia est etiam ens qđ non est natum p se stare cuius sit pars entis p se stantis hoc ē esse substātie: ⁊ in ens qđ nō est natū esse pars entis p se stantis causat: ens aliud qđ nō est natū esse pars entis p se stantis: nec est ens natū p se stare naturaliter. Diuidit in ens qđ sheret: ⁊ hoc ē accidēs absolutū: ⁊ i ens q̄ nō est natum inherere: ⁊ hec est relatio quātum ad autē qđ dicit vltra fundamētum. esse.n. relationis quātum ad illud qđ dicit vltra fundamētum nō est esse in aliquo sed ad aliquid qua ꝓpter philosophus libro ꝓdicamētoruz nō dicit q̄ relatiua sunt quoꝝ esse est esse in aliquo: sed quoz esse est ad illud se habere: qua ꝓpter relatiua nominat ad aliquid. Quare tū noie accidentis multi intelligūt trīmodo ens inherens: ideo ad remouendā oēm controuersiam dici pōt q̄ si extendamus nomē accidentis ad omne illud qđ nō est substātia nec pars substātie: q̄ quātuis tale dependeat: sita vt nō sit natum existere p se: tū nō oportet q̄ omne tale natum sit alicui inherere. Nec mireris si in creaturis dico relationē vltra suū fundamētum nullam rem ponere in eo qđ denominat. hoc enim pōt declarari siue psuaderi p relationez in diuinis. Video.n. q̄ paternitas nullaz rem dicit in ꝑse vltra suum fundamētum: ⁊ tñ p relationem ad filiuz manet. Si enim nō maneret p relationem ad filiū: tūc nullo modo maneret: qđ est ꝓtra Boetium dicentem in libro de trini. q̄ substātia ꝓpter vnitatē: relatio multiplicat trinuz hoc est dictu q̄ distinctio est ibi p relationes: non aliud esset ibi distinctio realis etiam p ipsas relationes: nisi ip se relationes aliquo modo ibi realiter manerēt loquēdo nō de realitate essentiali sed notionali: nec tamē aliquaz compositionem ibi faciūt: q̄ p comparationem ad illuz de quo dicūt in substātiam trāsiūt ⁊ manent p comparationem ad illum respectu cuius sunt hec que dicta sunt: de ista questione sine ꝓiudicio dicta sint.

Laplo ꝺ ad aliqd

Libro ꝑ⁹ c.12.

Quesequenter descēdendum ē ad qōnes de quibusdam creaturis specialibus. ¶ Quarum q̄dam fuerūt de celo: quedam de hoie: de celo aūt fuerūt due qōnes vna de motu et⁹ q̄ sunt hic. Utruz oēs spere celestes moueant ad eādem partē. ¶ Alia de i fluēcia quorūdam corporū celestiū que est lumē: que fuit hec vtrum lumē sit realiter in aere. ¶ Primo ergo q̄ro vtrum oēs spere celestes moueant ad eādem partez.

Questio. X.

Videtur qđ sic. philosophus enuz ponit oēs speras concentricas: sed spere ꝓcentrice non possunt simul moueri. Ita q̄ vna ad vnā partem: alia ad oppositam: ergo oēs spere celestes mouent ad eādē ptē. ¶ Contra ꝓbo sc̄do celi ⁊ mūdi loquēs de orbib⁹ stellaz hesitātiuz dicit q̄ iste motus orbiū ē ꝑiuus motui orbis primi: nō ergo ē verū q̄ oēs spere celestes moueant ad eādē partez.

Qđ. 10. Arg⁹. 2. celi a 22 4. vsq; ad. 35. T. c. 69. 70. In op⁹.

Rñ⁹.

De motu orbiū.

Ad istam qōnē Rñdeo q̄ primū mobile mouet ab oriēte in occidētē: oēs aūt alij motus illo cū mouent p motū primi mobilis: mouent ēt ab oriēte i occidētē: q̄ primū mobile secum re

uoluit oēs speras inferiores celestes: sed celestes sphere inferiores ꝑter illū motū quē hāt p motū mobilis primi: hāt suū motū ꝓprium: ⁊ isto motu mouent ab occidēte i oriētē. Si ergo accipiam⁹ motū primi mobilis: ⁊ motū ꝑ pelū sperarū inferiorū. Sic dico q̄ nō ē verū q̄ oēs spere celestes moueant ad eādē partē. Imo primum mobile mouet ab oriēte i occidētē. Inferiores aūt spheꝛ celestes mouent ab occidēte i oriētē. Et hoc posset exprimētio ꝑbari qđ longum esset enarrare. Auctor: tas ꝑbi ꝑ pte ista ꝓcedēda ē. ¶ Ad id qđ arguit i opp⁹ q̄ oēs sphere cōcentrice sunt tē. Dico q̄ falsum ē. sphera.n. solis nō hz idē cētrū cū cētro terre: vñ vna pars illi⁹ sphere ꝓpinq̄or ē terre q̄ alia q̄ ꝓpq̄z dē sol esse i angle: aliqui in oppositione augio. Et si ꝑbo dicit ꝑiuū pōt dici hoc ipz diuisse nō asserēdo sz inuestigādo vel sentētiā alioꝝ referēdo sicut facit de numero intelligētiaꝝ duodecimo metaphy. pōt ēt dici q̄ si oēs sphe ēent ꝓcētrice adhuc posset moueri ad ptēs oppositas sic forte mlti vellēt onder.

Ad arg⁹

T.c. 42.

Arg⁹. T.c. 98.

Consequēter Querit vtrū lumē realr sit i acē. Et videt q̄ nō: q̄z hz ꝑbm. 2. de aia sensibile posituz sup sensum nullū sensum facit. Et logr de sensibile reali: ergo si lumē esset aliqd realr i medio: attigēs oculū nō videret: hz lumē onderet ipm attingit oculū: ergo lumē i medio nō ē aliqd reale. Qđ. XI.

Qđ. 11. In op⁹.

Contra qđ habet actionem realem est aliquid reale: sed lumen habet realem actionem in medio: ergo lumen in medio est aliquid reale.

Rñ⁹ Dui⁹ materie vid exposito/res super 2. de aia. T.c. 72. Lumē ē simili tu/do lucis.

Ad istā qstionē Rñdeo q̄ lumē i medio est aliqd reale: cuius hēat debilioꝛē realitatē cui hēat iuꝛ i sua radice. ē.n. lumē i medio filtrudo lucis exītis i radice: ⁊ tō ꝓp debilitatez essentie sue respectu lucis exītis i sua radice voluerunt q̄dā vocare ipm lumē i medio tē ītētionalē. ¶ Qz aūt hēat vere realitatē ꝟ ꝓbat sic. Lumē.n. i medio nō ē nihil: ē ergo res: q̄ res ⁊ aliqd ꝙuertunt: nec ē res q̄ fit op⁹ rōnis nisi eo mō quo dicim⁹ creaturas hꝫe diuinā volūtatē ⁊ diuinū itellectū ꝓ principio: sz ē res i esse ꝓducta p nāz: ergo vt ita loquar ē res realis nō res ītētionalis ꝓpe loquēdo de ītentionalitate. Et q̄ sit res realis pz p hoc q̄ effectū hēat realē: p ipm. n. lumē vident ea q̄ sine lumine nō vident: q̄ ꝑm q̄ dicit ꝑbs li. 2. de aia: oē qđ vi in lumine: vi ēt ꝓ ipm lumē: sunt mirabileo effect⁹ i nā maxime iquātū cū ipso lumine (qđ ergo voco filtrudinē lucis) ē filtrudo forme sbalis cōis lucidi: rōne cui⁹ lumen eusdē nāe hz ꝑiuo effect⁹: vel hmoi ꝑsn q̄ imitat a eo: ꝓpriꝰ spē differētiꝰ. Sicut patet i lumine genito a sole ⁊ genito a luna: lumē.n. i sole ⁊ luna eusdē nāe sunt diuia ꝑm maiorē ⁊ minorē virtutē: q̄ luna illud lumen p qđ ē sufficiēs ad irradiādū suscipit a sole: ⁊ tñ rady solares exsiccāt: ⁊ rady lunares humectāt: sicut bene apparet in mirabili fluxu ⁊ refluxu maris oceani. ¶ Argumentum qđ probabat q̄ lumen est aliquid reale in medio. Et quātum ad illud qđ est similitudo lucis existentis in radice. Et quantum ad similitudinez forme corporis lunaris gratia conclusionis concedendum est.

Rñ⁹ Dui⁹ materie vid exposito/res super 2. de aia. T.c. 72. Lumē ē simili tu/do lucis.

T.c. 67.

Ad illud qđ arguebatur in oppositum. Respōdeo q̄ lumen informans oculum nō videtur sed est aliquid per qđ aliud videtur: per similitudinem enim lucis informantem oculum videtur lux in sua radiatione: quātus illa similitudo non videtur. ¶ Item per similitudinem refulgentie luminis in superficie corporis opaci informantem oculum: videtur ipsa refulgētia luminis in superficie corporis opaci: ⁊ tamē ipsa similitudo informans oculum non videtur. Similiter lumē cum fuerit aggregatum in transparenti ⁊ sicut videmus in radijs intrantibus per fenestras per sui similitudinez

Ad arg⁹

informantem

informantem oculum videtur quãuis ipsa similitudo li formans oculum non videatur: lumen autem in trãsparenti non aggregatum non videtur maxime in transparenti qđ est aer vel ignis in spera sua: eo q̃ nõ ẽ illud qđ aggregatum: ergo cum in aere puro ⁊ tenui bene sequestrato: vt possibile est a vaporibus fuerit lumen non aggregatum. Dico q̃ tunc non videtur quãuis sit ratio videndi aliquid: sed quãuis nõ videatur nihilominus res aliqua est. Sicut similitudo informans oculum vel similitudo coloris existẽs in medio non videatur: hec tamẽ res aliquę sunt. ¶ Q3 aut in aere multum lumen nõ aggregatum nõ videatur quãuis videatur i superficie corporis opaci: expediri potest sic. Si enim de nocte ponas vnam candelam in tali dispositione in domo q̃ dirigatur lumen suum ita vt cadat super superficiem alicuius corporis extra hostium: ⁊ visus tuus sit in tali dispositione q̃ non possis videre lucem in cãdela. Si dirigas oculos tuos ad superficiẽz illius corporis opaci super quod cadit lumen: videbis ipsum lumen. Si autem visus tuus non dirigatur ad superficiem ipsius corporis sed tantummodo ad ipsum aerem qui est inter hostium ⁊ illud corpus operatum super quo cadit lumen: tunc non apprehendens ipsum lumen quãuis in rei veritate ibi sit: quia non potest attingere illud corpus opacum: nisi mediante aere intermedio. ¶ Huic autem concordari potest verbum Auicen. 6. naturalium libro tertio capitulo primo vbi dicit sic. Lumen vbi visibile est: ⁊ illud i quo est lumen visibile est: transluceno: aut non est visibile vllo modo: obscuritas aut in subiecto luminis: ⁊ vtrunq; est in corpore qđ non est transluceno. Ecce hic dicit lumen esse visibile qđ est intelligendum quando est in superficie corporis opaci: vel etiam quando est aggregatũ in translucenti: dicit etiam q̃ lumen non est in translucenti non aggregato non est ibi. Supple quantum ad apprehensionem visus: eo q̃ lumen non aggregatũ in trãsparenti non est natum terminare visum: sicut probari potest per experientiam supeadictam. Sic ergo dico ad argumentum: q̃ illud quod de lumine informatur visus non videtur: sed est ratio videndi aliquid: ⁊ sic patet solutio ad argumentum.

Et ocõ theologi i. 2. di. 17 T. c. 20. T. c. 22.

T. c. 3.

Sup ꝑm de aia

ꝑz ĩducti ue

Intellectus nõ nũq; roborat vltra . 40. annos.

Hoc ⁊ aristote les. 2. de ania. t. c. 37. ẽgit 2. phi. ⁊ 2. de aia.

Onsequenter veniendum ẽ ad questiones de homine: quarum quedam fuerunt de forma hominis: que est anima intellectiua: quedam autem fuerũt de corpore hominis in comparatione ad ipsam animam: quedam autem fuerũt de quibusdam actibus ipsius coniuncti. De anima autem intellectiua fuerũt questiones due: vna de suo exitu in esse: que fuit hec Vtrum anima intellectiua sit a generante. Alia de habitudine ipsius ad corpus humanum informãdo: que fuit hec. Vtrum aia itellectiua sit corporis forma. ¶ Primo ergo quero vtrum anima intellectiua sit a generãte.

Questio. XII.

Qđ.12. Arg^m.

Et videtur qđ sic: peccatuz originale est i anima paruuli si eut in subiecto: sed peccatum originale traditur a patre in filium: sed qui traducit accidens traducit subiectum: ergo anima paruuli generatur a patre ipsius paruuli: aliter enim videtur q̃ ipse paruulus non contraheret originale peccatum.

In opp^m Contra forma que est a generante nõ manet naturaliter separata a materia: sed anima intellectiua manet naturaliter post corporis corruptionem: ergo anima intellectiua non est a generante.

Rñ^o Ad istam q̃stionem Respondeo q̃ anima intellectiua nõ est a generãte producta sed producitur adeo per creationem. ¶ Et hoc declaro sic ꝑm philosophum primo celit ⁊ mundi: omnea res generate corrumpuntur: ⁊ finiuntur: sed ꝑm philosophum secundo de anima: anima itellectiua est naturaliter incorruptibilis: vnde dicit q̃ separatur ab alio sicut perpetuum a corruptibili: ergo anima intellectiua non producitur a generante. ¶ Item p nullam formam per naturam eductam de potentia materie potest res cognosci nisi ꝑm esse qđ habet in materia in re extra: sed omnis res ꝑm esse quod habet in re extra est singulare. ꝑm enim philosophum quarto meta phyſice ides est vnus homo: ⁊ homo: ⁊ ens homo: ⁊ nõ diuersum aliquid qđ ostendit ꝑm dictionẽ repetitaz homo ⁊ ens homo ⁊ vnus homo: ergo per nullam formã eductam de potentia materie: potest res cognosci: nisi ꝑm esse singulare: sed per intelligẽtiam cognoscitur res sub intentione vniuersali: sicut docet experientia: ⁊ etiam cõmentator dicit q̃ intellectus operatur vniuersalitatem in rebus: ergo anima intellectiua non est educta per naturam de potentia materie: sed si esset a generante esset educta per naturam de potentia materie: ergo anima intellectiua non est a generante. ¶ Item nulla forma educta de potentia materie habet aliquam potentiam per quam possit se reflectere super se: nec super actum suum: sed anima intellectiua potest se reflectere super se: ⁊ super actum suum. potest enim cognoscere se ⁊ suum actum: ergo anima intellectiua non est forma educta per naturam de potentia materie: sed si esset a generante esset educta de potentia materie per naturaz. ergo anima intellectiua non est a generante. ¶ Item omnis forma educta de potentia materie in humano corpore debilitatur in fine etatis iuuenilis ꝑm q̃ dicit Auicen. 6. naturalium libro quinto capitulo tertio: vbi dicit sicut omnium partium corporis debilitãtur virtutes in fine etatis iuuenilis: qđ fit circa quadragesimũ annũ: sed sicut dicit Auicen. ibidem hec virtus apprehendens intelligibilia plerunq; non corroboratur: nisi vltra hãc etatem: vnde si esset de virtutibus corporalibus deberet tũc debilitari: ergo restat q̃ anima intellectiua non est educta per naturam de materia humani corporis qđ Auicẽ. vocat virtutem corporalem. Sed si esset a generãte esset educta p naturaz de materia corporis humani: ergo anima intellectiua non est a generante. ¶ Itez nulla forma educta de potentia materie habet libertatem in appetitu: sed anima intellectiua in appetitu habet libertatem: Voluntas.n. libera est: vnde dicit Bernardus libro de libero arbitrio q̃ voluntas pro sui libertate nulla cogitur necessitate. Et parum post vult q̃ cum dicimus liberuz arbitrium libertas refertur ad voluntatem: ⁊ arbitrium ad rationem: ergo anima intellectiua non est forma educta per naturam de potẽtia materie. ¶ Item anima itellectiua est sub deo finis omnis nature corporalis ⁊ oia ꝑfluentie: ꝓncipalia.n. ordinant ad cõpositum: vt corpora simplicia ꝓma: hoc ẽ elemẽta que dicũtur corpora simplicia ordinant ad mixtũ: mixtũ aũt ad vegetatiuum: vegetatiuũ aũt ad sensitiuũ: sensitiuũ aũt ad itellectiuũ: ⁊ itellectiuũ immediate in deũ: finis aũt nobilior ẽ bis que sunt ad finẽ: ergo aia itellectiua ẽ nobilior omni corporali natura. Sed effectus nõ põt esse nobilior sua causa efficiẽte: loquẽdo de causa efficiẽte que ẽ tota cã: ꝑm. n. q̃ dicit Auicẽ. 6. metaphyſice sue. c. 3. cã dignior ẽ causato: ergo aia itellectiua nõ põt esse effectus alicuius corporalis nature. Nec ẽt põt esse effectus alicuius spũalis nature create: q̃ cũ effectus imediate ordinet in suaz causam proximã: tũc ipsa aia nõ haberet ordinem in deũ nisi mediãte ipsa natura spirituali: vtpote natura alicuius alei vel nã alicuius angeli: sed hoc ẽ falsum: q̃libet ens aia itellectiua scã ẽ ad imaginẽ dei imediate: vnde imediate ordinabilis ẽ in deũ p clarã vnionẽ: ⁊ pfectã dilectionez: ẽt p

adiutorium gratie: et gloriæ. Sic ergo. Concedendum ē q̄ anima intellectiua non est a generante per virtutem alicuius virtutis corporalis que sit in generante: nec per aliquam virtutem spiritualem que sit in generante: nec in virtute alicuius nec spiritualis create supra generantem. vnde simpliciter dicendum est q̄ anima intellectiua non est a generante: sed producitur a deo per creationem. generans tamen per suam virtutem ministrat materiā et disponit ad ipsius anime intellectiue susceptionē

Ad op^m. Ad arg^m Cā originalis peccati

¶ Arg^m. pro parte ista gratia ꝑditionis concedendū ē. **Ad argumentum** in oppositum respondeo et dico q̄ anima intellectiua bene ē subiectum originalis peccati: causa tamen huius ē ex parte corporis corruptibilis et infecti: vñ non oportet q̄ anima intellectiua. fit a generante effectiue: quātus generās disponat materiam ad eius susceptionem: peccatum tamē originale ē aliquo modo effectiue a generante eo modo quo peccatum pōt dici habere causam efficientem inquantum ministret carnem infectam et que habet ipsam animam inficere in instanti infusionis sue non corrūpendo in illo instanti in anima aliquid q̄ ante inesset sed prohibendo ipsam habere q̄ in illo instanti haberet nisi carnis corrupto impediret. vnde peccatū originale ē priuatio boni debiti nunq̄ tamen priuo habiti. Vnde magis dicitur peccatum originale a generante quaz ab anima intellectiua: quare materia disposita totum q̄ ē a generante non se habet ad intellectiuam nisi per modum susceipientis: sed illud q̄ ē a generante se habet ad peccatum originale per modum causantis: quare ipsa carnis infectio causa ē in anima ipsius originalis infectionis. Per quem autem modum hic fiat: non ē hic locus declinandi: maioris. n. et prolixioris inquisitionis indiget. hanc autem questionem que hic determinata ē perfectius determinatam inuenies in meis questionibus disputatis: et hic ideo facilius pertransiui.

Theologi l. 2. di. 30. et. 31. 4. oñdūt

Arg^m. **Quesequenter** queritur vtrum anima intellectiua sit forma corporis: et videtur q̄ non: q̄ incorporeum non pōt esse corporis forma: sz anima ē incorporea: ē. n. spiritualis forma: ergo non ē humani corporis forma.

Quēs. XIII. T. c. 12. In opp^m

Contra ſm philosophum. primo de anima intelligere ē apertio cuiusdam: sed hoc non esset verū: nisi anima esset humani corporis forma: ergo anima intellectiua: est humani corporis forma.

Rñ^o **Ad istam qōnē** Respondeo q̄ anima intellectiua est humani corporis forma: ita q̄ ē forma principalissima ipsius hominis hoc est forma hominis complectiua per quam homo reponitur in specie hominis. ¶ Et hoc declaratur sic certuz ē enim q̄ homo experitur se apprehendere et ratiocinari nō tantummodo de intentionibus particularibus: sed etiā de intentionibus vniuersalibus: hanc autem actionē habet homo per aliquid sui: non per materiam: ratiocinari enim non ē actus materie: nec per aliquam formam incompletam: q̄ ratiocinari ē vltimus actus quem possit habere homo naturaliter sub ratione qua non ē cognoscere: ē ergo per vltimam formam: non autem per formā accidentalem: q̄ et si forma accidentalis possit esse instrumentum ad hunc actum coadiuuans nō tamen pōt esse principalis radix illius: q̄ nobilissimus actus per naturam in homine ē ratiocinari sub ratione qua homo natus est cognoscere in forma autem accidentalis minus ē nobilis. dā forma substantialis. oportet ergo dicere q̄ principalis radix actus ratiocinādi in homine sit forma substantialis complectiua ipsius hominis: sed illa ē forma p quā homo reponitur in specie. ratiocinari ergo competit homini per illam formam: per quaz homo reponitur in specie: sed ratiocinari ē actus ipsius anime: quare sicut dicit philosophus in secundo de anima: anima ē quo viuimus et sentimus et mouemur et intelligimus primū: ergo forma per quem homo reponitur in specie ē anima rationalis: animam autem rationalem vocamus animam intellectiuam. anima ergo intellectiua ē corporis humani substantialis forma: ita q̄ ē forma per quam homo reponitur in hominis specie. ¶ Item omnes naturaliter appetimus beatitudinez: vnde dicit Beatus Augustinus. 13. de tri. c. 6. q̄ ad hec natura compellit cui sūme bonus et immutabiliter beatus creator hō indidit: sed ſm q̄ dicit philosophus. 3. de anima natura nihil facit frustra. Dicit etiam secundo celi et mundi: q̄ natura nihil facit vanum: appetitus autem naturalis esset frustra et vanus si rem appetitam non per se nec per alium posset consequi: nos autez possumus consequi beatitudinē: sed plena beatitudo haberi non pōt sine clara visione dei: ergo possumus cū adiutorio dei attingere ad claram dei visionem: sed nō possumus deum videre per aliquam potentiam cognitiuaz infra intellectum: ergo habemus in nobis potentiam intellectiuaz: nisi anima intellectiua esset pars nostre essentie ergo anima intellectiua ē de essentia ipsius hominis. Cōstat autem q̄ non ē hominis materia: neq; incōpleta est forma. Restat ergo q̄ sit forma hominis completa p quā homo reponitur in specie hominis. ¶ Item homo pōt experiri in se ipso habere se potentiaz q̄ non debilitatur in actu suo propter excellentiam obiecti: potentia. n. per quam cognoscimus vniuersalia nō debilitat actu suo propter excellentiā obiecti. potentia. n. per quam cognoscimus vniuersalia nō debilitat in actu suo pp apprehensionem vniuersalis multum excellentis imo post apprehensionez talis vniuersalis melius apprehendit vniuersale minus excellens: sed omnis potentia cognitiua i homine infra intellectuam debilitatur propter excellentiam obiecti: q̄ omnis potentia apprehensiua in homine que non ē intellectiua ē potentia organica. potentia autem organica propter nimiam obiecti excellentiam debilitatur in actu suo: vel eorumpitur: restat ergo q̄ illa potentia que ē in homine per quam apprehendit vniuersalia sit potentia intellectiua. potentia ergo intellectiua est in homine: sed homo non haberet istam potentiam: nisi de essentia eius esset illa forma per quam ē ista potentia: hec autem forma ē anima intellectiua: ergo anima intellectiua ē de ipsius hominis essentia. Et constat q̄ non ē eius materia: neq; forma incompleta: restat ergo. q̄ anima intellectiua sit ipsius hominis forma per quam reponitur in specie. ¶ Ad hec autem sunt auctoritates. dicit enim porphyrius q̄ sumus rationales. hoc autē nō esset nisi anima rationalis esset hominis forma complectiua: cum ratiocinari sit vltimus actus ipsius hominis inquātum ē natus cognoscere que sibi potest conuenire per naturā maxime in hoc corruptibili corpore. Item dicit philosophus primo de anima q̄ intelligere ē actus coniuncti ex anima et corpore. ¶ Item dicit philosophus ſcdo de aia q̄ si aliqd cōmune in omni anima oportet dicere: vtiq; erit ꝑs actus corporis physici organici: sed anima intellectiua est anima: vnde dicit philosophus ſecūdo de anima q̄ est alterum genus anime a vegetatiua et sensitiua: ergo oportet ponere q̄ sit primus actus corporis physici organici. Ex his auctoritatibus patet q̄ anima intellectiua est humani corporis forma: et constat q̄ ex quo ē humani corporis forma q̄ est forma vltima: q̄ in homine nulla ē nobilior ea. sed forma vltima ē per quā compositum reponitur in specie: ergo anima intellectiua ē forma per quam compositum reponitur in specie. argumentum pro parte ista concedendum est.

T. c. 34.

Et boet. libro. 3. dō ꝑso. ꝑia 2 T. c. 45. T. c. 58. et ꝑmo. t. c. 22.

Excellēs sensibile corrūpit sensuz. 2. de aia. t. c. 23.

C. de dif ferentia.

T. c. 6.

T. c. 22.

Ad illud

Ad op^m. Ad arg^m. **Ad illud** qđ arguitur in oppositum. Respondeo cum.n.dicit q forma incorporea nõ potest esse corporis forma rõ. Solvo p interemptionem. forma.n. incorporea bene è corporis forma ita q sit in qualibet parte corporis tota: sic intellectiua est humani corporis forma.

Consequenter venendum è ad questiones que fuerunt de corpore hominis in compositione ad animam: que fuerunt due. vna de corpore quantum ad primam sui animationẽ que fuit hec. Utrũ corpus perfectum hac anima: potuisset alia anima perfici. Alia fuit de corpore quantum ad iteratam sui animationem que erit in resurrectione: que fuit hec. Utrũ corpus in resurrectione si organizaretur modo oppositio đȝ sit modo: verbi gratia. Si haberem pedes in pectore et manus vbi modo sunt pedes: posset ab anima sua iterum perfici. Questio. XIIII.

Qõ. 14. Arg^m. **Quero** ergo primo vtrum corpus perfectus hac anima: potuisset alia anima perfici. Et videtur q non: quia ſm philosophum. 1. de anima proprium actus è in propria materia anima autem è actus corporis ſm philosophum secundo de anima: ergo vnaquęq; anima è in proprio corpore: ergo corpus qđ è perfectum hac anima nunq̃ potuisset perfici alia anima.

T.c.16.

T.c.6.

In opp^m **Contra** si accipiantur duo corpora humana equaliter disposita ab eadem anima: posset perfici vnum a qua perfici posset aliud: hoc è dictu ſm q intelligos q illa anima que perficit vnum illorum corporum ita potuisse perficere aliud. Si fuisset sibi ifusa: quare nõ habebat maiorem conuenientiam proportionis cũ vno quã cum alio: ergo cuȝ illa duo corpora sint perfecta duabus animabus: q; oportet quodlibet corpus suam habere animam potuisset fieri q vnum corpus fuisset perfectum per animam alterius corporis: et aliud corpus per animam ipsius corporis.

Rñ^o **Ad istã q̃stionẽ** respõdeo: et dico q corpus qđ è perfectum hac anima: loco huius anime qua perfectum è: potuisset perfici alia anima solo numero differente ab ista. Si deus illam ipsi corpori infudisset. Et ꝟ dicens nõ intelligo q simul posset perfici duabus animabus sed q loco ipsius potuisset perfici alia solo numero differente ab ista: quare nulla è ratio quare magis potuisset perfici ab vna: đȝ ab alia: eo q eodem modo. Si ille due anime essent in actu: ante đȝ corpus informaretur ab aliqua illaruȝ: corpus ſ haberet ad qualibet illarum: tamen postq̃ corpus animatum è anima vna. si illa anima separetur a corpore: dico q nõ è totaliter indifferens ad informandum corpus qđ primo informauit: et aliud corpus qđ esset ab illo solo numero differens: quare ex precedenti vnione ad hoc corpus magis determinatur ad hoc corpus đȝ ad aliud: etiam si solo numero differat ab isto. ¶ Exemplum manuductuȝ et grossum ad intelligendum ista põt poni tale. Si enim ponantur due puelle eiusdem etatis: pulchritudinis: bonitatis: earundem diuitiarum et sic de aliis: ita q essent solo numero differentes inter se: et per comparationem ad vnum virum: tunc ille vir quantuȝ è ex parte sua nõ magis inclinaretur ad accipiendum vnã đȝ aliam: et vna eque conueniens esset sibi sicut alia: tamen postq̃ vnam de illis accepisset in matrimonium tam non equaliter se haberet ad vtramq; illaruȝ: si ambe mortue resurgerent: imo propter familiaritatem contractam cuȝ vna magis declinaret ad illam đȝ ad aliam ceteris paribus. A simili dico de anima per comparationem ad duo corpora solo numero differentia comparando animã viro: et duo corpora solo numero dicta duabus puellis. Et huic sinc vi-

detur concordare quoddam verbum Auicen. vi. naturalium. c. iij. vbi dicit. Substantia anime que incepit esse cũ alio corpore propter qđ debuit creari: ineſt ex primis ſm cipijs affectio inclinationis naturalis ad occupandum se circa illud: et ad regendum illud: et prouidendum ei et adherendum ei: per hec omnia fit eius propria: et alienatur ab omnibus alijs corporib^9 circa illud trñ. Hoc vult expresse qđ è appropriatio animarum ad sua corpora ex quadam naturali affectione: et inclinatione: quam habẽt ad ipsa corpora per hoc q deputate sunt ad regimen illorum corporum quorum sunt forme: ita q vna vnius corporis. Hoc tamen qđ Auicen. dicit ante auctoritatez ista in codez libro. f. q̃ non poterant creari plures anime extra corpora non approbo. Sic ergo dico ad qõné q hoc corpus significatũ quantũ ad primam sui animationem potuisset perfici alia anima đȝ sit illa qua perfectuȝ è modo solo numero differente ab ista: sed quantuȝ ad secundam animationez: que erit in resurrectione: non erit natum perfici alia anima đȝ illa qua primo fuit animatuȝ: nec illa anima nata erit perficere aliud corpus: đȝ illud qđ primo animauit. Si autem esset verus q aliqui dicũt q in omnibus corporibus humanis è inequalitas tanta q requirunt inequalitatem animarum: et q omnes anime inter se habent quandam inequalitatem ex naturali suo fuisse. si hoc è verum: tunc dicendum è q vnum corpus etiam quantum ad primam sui animationem non fuit natum perfici alia anima đȝ illa qua perfectuȝ è nec ista anima nata fuit perficere aliud corp^9: đȝ illud qđ ea perfectum è. ¶ Per hoc põt solui faciliter argumẽtũ secundum: quare primum argumentuȝ ſm hanc viam bene procedit. ¶ Ad illud qđ arguitur i oppositũ dico q argumentuȝ procedit de duobus corporibus solo numero differẽtibus: hoc è habentibus omnia paria: et de animabus similiter in omnibus equalibus: et tunc verum è q in prima animatione quodlibet illorum duorum corporum potuisset perfici ita bene vna illarum animarum sicut alia: et hoc de hac qõne sine preiudicio et temeraria assertione dicta sint.

Ad arg^m. Ad op^m.

Consequẽter queritur vtruȝ corpus in resurrectione si organizaret modo oppositio đȝ sit modo: verbi gratia: si haberet pedes in pectore: et manus vbi modo sunt pedes posset ab anima sua iterum perfici. Questio. XV.

Qõ. 15. Arg^m. **Videtur** q sic quare nõ obstante q resurgeret sub oppositio conditione duabus aliquibus: q̃ modo è mortale resurgeret immortale: tamen perficitur alia sua propria qua prius fuerat aliarum: ergo a simili idẽ fieret si resurgeret organizatũ mõ oppositio đȝ sit mõ.

In opp^m **Contra** organizatio sequitur totam speciem humanam: sed anima non põt esse perfectio nisi corporis humani: ergo anima non põt esse perfectio corporis organizati organizatione oppositi illi que totã speciem consequitur humanam.

Rñ^o. **Ad istam questionem** Respondeo q de organizatione loqui dupliciter. Est. n. quedam organizatio que necessaria è corpori humano: ad hoc q ab anima intellectiua perficiatur: hoc è dictu: ad hoc q anima intellectiua sit eius forma substantialis: quam organizationẽ voluit nominare philosophus cũ dixit. 2. de anima q anima è primus actus corporis physici organici. Et ad hoc q corp^9 in resurrectione: anima iterum perficiatur: oportet q in corpore eadem organizatio reducatur. vnde si corpus resurgeret sub organizatiõe illi organizationi oppositia nõ esset perfectibile ab ea tanq̃ a forma sua: et ſm hãc viã p argu. scdm. Est ẽt alia organizatio: que non est necessaria

Organizatio duplex.

T.c.6.

corpi ad hoc sit perfectibile ab anima tanq̄ a forma sua: sed tantūmodo est ad bene esse: sicut corpus habeat pedes precedentes loco: et brachia in decenti loco situata. Et loquendo de illa organizatione dico q̄ si corpus resurgeret sub organizatione isti opposita: q̄ adhuc esset ab anima perfectibile: q̄uis nō ita decenter. ¶ Ad illud quod arguitur primo: dico q̄ non est simile de conditione mortalitatis: et immortalitatis: et de organizatione de necessitate consequente totam speciem humanam: et organizatione opposita illi. Mortalitas enim non est quid corpori necessarium ad hoc vt sit perfectibile ab anima. Iterū immortalitas determinate non est necessaria corpori ad hoc vt sit perfectibile ab anima. Et ideo corpus potest p̄ fici ab anima siue pro statu mortalitatis: siue pro statu immortalitatis. Sed quedam est organizatio de necessitate respiciens corpus sub ratione qua perfectibile est ab anima. Et ideo non esset natum ab anima perfici sub organizatione opposita illi.

Ad arg^m

Consequenter veniendū est ad questiones que fuerunt de quibusdam actibus ipsius coniuncti: hoc est hominis: que fuerunt due: vna respiciens hominem vigilantē: que fuit hec vtrum voluntas in homine moueatur ab appetitu sensitiuo. Alia respiciens hominem dormientem: que fuit hec. Utrū homo p nām possit bēe vsuz liberi arbitrij in sōno. Nō. XVI.

Arg^m Primo igitur quero vtrum volūtas in homie moueat ab appetitu sensitiuo: Et videtur q̄ sic: q̄ dicitur Iacobi. 1. q̄ vnusquisq̄ temptat a sua concupiscentia attractus et illectus: sed concupiscentia spectat ad appetitum sensitiuum: ergo volūtas trahitur ab appetitu sensitiuo. Sed tractio est quidam motus: ergo voluntas mouetur ab appetitu sensitiuo.

In opp^m Contra appetitus sensitiuus non sequitur apprehēsionem nisi particularem. Unde appetitus sensitiuus est cā particularis: velle autez est effectus vniuersalis inq̄ntum sequitur cognitionem vniuersalem: et inquātum est respectu vniuersālis. Respicit enim bonum sub ratione boni: sed causa particularis nō potest causare effectum vniuersalem: ergo appetitus sensitiuus non potest esse causa actus volendi in voluntate.

Ri^o Ad istam qōnē respondeo q̄ sex sunt quorū quodlibet aliquo modo habet mouere ipsam voluntatē: accipiendo motum voluntatis ita large q̄ sub ratione motus nō tm̄ intelligas ipsum actuz volendi: sed etiā inclinationē vel dispositionē ad ipsum actū. Ipsa autē sex sunt. s. deus: et ipsamet voluntas: intellectus obiectū: appetitus sensitiuus: corpus celeste: sed ista nō habent se vniso: miter ad motum volūtatis. ¶ Deus enim mouet ipsam voluntatē: sicut causa prima: et p̄ncipalis: ita q̄ actus ipsius voluntatis inquātum est q̄dam ens creatum: est effect^a deo tanq̄ a causa p̄ncipali: et p̄maria: a qua est mediate: et immediate: mediate: inquātum ipsa voluntas que ipsum actum elicit a deo est: immediate inquātum illū ostendam actū: quem facit voluntas: et iam deus immediate facit: q̄ omnē effectuz quē efficit causa 2^a: efficit etiam causa p^a: sed efficit ipsuz per modū altioris: et sublimioris: sicut scribit in eoḿeto super p̄mam propositionē de causis. ¶ Voluntas autez mouet seipsam: amo vt p̄ponuo loquar homo per voluntatem mouet se actu volēdi: eliciēdo ipsum actuz. Unde Anſel. in lib. quomō liberuz arbitrium p̄scientie: et p̄destinationi: et gratie dei non repugnat dicit de voluntate q̄ ipsa se sua affectiōibus mouet. Unde potest dici instrumentū seipsum moueno. ¶ Intellectus etiaz mouet voluntatem ostendēdo ipsi voluntati ipsum appetibile: vel dicit tantū hoc debere appeti. Unde intellectus nō mouet voluntatē: actum volendi eliciendo: sed ad actuz volendi disponendo. Apprehensio enī intellectualis est: dispositio necessaria ad actum volēdi: q̄ appetitus sequitur intellectum. ¶ Obiectum etiam aliquo modo mouet voluntatem: non actum volendi eliciendo: sed volūtatem ad actum volendi inclinando: et tanq̄ illud sine quo non potest esse actus volendi: quia qui vult: aliquid vult: q̄ sicut dicit Anſel. in libro de veritate. Omnis voluntas habz quid tē. Unde philosoph^o. 3. de aia dicit: q̄ Mouens autem et q̄ mouetur appetitiuum: mouetur enim q̄ appetit sm̄ q̄ appetit: volens dicere: q̄ mouetur ab appetibili: et q̄ est intelligendum nō supradicto: ipsum autem appetibile illo modo quo natum est mouere: appetitum: non est natum mouere ipsuz nisi apprehēsum. Unde obiectum non inclinat ipsam voluntatez: nisi mediante aliqua apprehensione. ¶ Appetitus etiam sensitiuus mouet voluntatem non actum volendi eliciēdo: nec voluntatem ad illuz actum necessitando: sed voluntatem ad actum volendi inclinando. Et hoc facit dupliciter. Uno modo inquantū appetitus sensitiuus cum est fortis quandoq̄ obnubilat intellectum: ita vt intellectus hominis existentis in illa passione: videat aliud q̄ videbat cum homo esset extra passionem: et sic habet inclinare voluntatem ad aliquem actum volendi mediāte actus ipsius intellectus. Alio modo nō mediāte actu ipsius intellectus: q̄ si esset aliquis fortis appetitus in homine: et ponatur q̄ ex hoc in nullo imutaretur iudiciuz intellectus: adhuc posset esse quedaz dispositio: vel inclinatio ad hoc q̄ voluntas in volendo sequeretur motus ipsius sensitiui appetitus propter naturalem colligantiā sensualitatis: et volūtatis in ipso homine: propter hoc q̄ in eadem essentia anime radicate sunt: et ideo motus appetitus sensitiui est inclinans siue disponens ad determinatum actum ipsius voluntatis. Unde videmus voluntatem de difficiliori moueri contra ipsum appetitum sensitiuum: et facilius moueri sm̄ motum ipsius sensitiui appetitus: et hoc dico ceteris paribus. ¶ Dico etiaz q̄ corpus celeste aliquo etiam modo disponit ad motum ipsius voluntatis a remotis: tamen corpus enim celeste quātum ad diuersas influentias habet diuersimode nostruz corpus transmutare: appetitus autem sensitiuus cum sit potentia organica diuersimode mouetur sm̄ diuersaz dispositionem ipsius corporis: cuius voluntas per studiuz rationis: et exercitium possit illum motum temperare: et maxime per gratiam: appetitus autem sensitiuus diuersi mode motus inclinat voluntatem ad diuersos actus volendi: et ita corpus celeste mediāte transmutatione corporis: et appetitu sensitiuo potest nostram voluntatē ad volenduz aliquid inclinare. Unde potest homo experiri se in vno tempore magis promptum ad volenduz aliquid q̄s in alio tempore tamen corpus celeste nullam necessitatē inferre potest voluntati: quia quātūcunq̄ per motum supradictum possit voluntatem inclinare: non tamen potest eam cogere: vel quocunq̄ modo necessitare: quia illi inclinationi qua inclinatur a corpore celesti mediante corpore: et appetitu sensitiuo semper potest voluntas resistere: quapropter dicit Ptholo. in almagesto. Sapiens homo dominabitur astris: quia tamen sicut dicit sacra scriptura: Stultorum infinitus est numerus: volens dicere q̄ maior numerus est stultorum q̄s sapientum: ideo magna paro hominum in volendo vt plurimum consequūtur sensitiuum appetitum: et ideo magna paro hominuz sm̄ diuersas influentias corporum celestium mouentur ad multa facienda: que alias non facerent. Quapropter dicit philosophus in libro de proprietatibus elementorum q̄ regna vacua facta sunt: et terre depopulate apud p̄tionē duarū magnarū stellaz. s. Jouis et saturni. Nō dicit q̄ necessariō fuerit ita eē. Si. n. hoc dixisset: falsum dixisset

Sex sunt humana volūtatē mouētia.

Utrū ap prehensio sine q̄ intellectuz necessitetur volūtas ad fruendum ea vide. Sco. in p^a dis. 1. q. 2.

Appetit^o sensitiuus volunta tez duplr mouet.

Quō volūtas q̄ū cta appetitui sensitiuo nata est sibi cō delectari et vt se delectabile retrahat ad opus sit Sco. i 29. di. 2. Quō siel le agāt in hec inferiora: vide sco. in 24. dis. 2.

Ecclesiast^es p^o.

dixisset: sed hoc dicit propter hoc q̄ magna pars hominum in volendo plerunq; sequitur sensualitatis motus q̄ius possint resistere: et se movere ad contrarium. Sicergo patet quomodo voluntas potest moveri ab appetitu sensitivo: et quomodo nō: quare appetitus sensitivus nō potest simpliciter movere voluntatem: potest tamen ipsam movere sm quid: hoc est disponendo et inclinando ipsam ad talem: et ad talem motum.

Ad arg^m **Propter hoc** potest solvi argumentū ad vtrāq; partem: quia primum argumentum probat q̄ potest ipsam movere disponendo et inclinando. ¶ Ar^m autem ad oppositum probat q̄ mō potest ipsa mouere simpliciter: hoc est motū cuius qui est velle efficiēdo in ea: vel ipsam ad talem vel talem motū cogendo vel necessitando.

Questio. XVII.

Arg^m **Q**onsequenter querit vtrum homo per nām possit hēre vsum liberi arbitrij in somnis: Et videt q̄ sic p illud qō habet. 3. regū. c. 3. de Salomone qui dormiēs orauit dñm: et petiit cor docile: vt posset iudicare pplm dñi: et discernere inter bonū et malum: et rem petitā impetrauit. Unde habet ibi: Dixit dominº ad salomonē. Quia postulasti verbum hoc: et nō petisti dies multos: nec diuitias ad animas inimicorū tuorū: sed postulasti sapientiam ad discernendū iudicium. Ecce feci sm̄ sermones tuos: et dedi tibi cor sapiens: et intelligens in tantum: vt nullus ante te similis tui fuerit: nec post te surrecturus sit.

In oppm **Contra** bernardus de libero arbitrio dicit sic. Infantibus: infantibusq; dormientibus nihil qō faciunt bonum vel malum imputatur: q̄ nimirum sicut sues nō sunt compotes mentis: sic nec retinent vsum proprie voluntatis: ac per hoc nec iudicium libertatis.

Rñ^o **Ad istam qōnem** respondeo q̄ homo per naturā non potest habere vsum liberi arbitrij in somnis quādo plene et perfecte est dormiens. Et ad hoc est auctoritas tam pallegata: et adhuc alie possent adduci. Ad hoc etiam est aliqualis experientia: q̄ quādoq; homo in somnis consentit rei: cui nullo modo vigilans consentiret. In quo aliqualiter experiri potest homo q̄ ille cōsensus: quē habet in somnis si rō sensus dici debet ex libero arbitrio non procedit.

Liberū arbitriū i somnis impediri triplex ratio manifestat p^o ratio **Ad hoc** etiam potest assignari triplex ratio. Una ex parte dispositiōis corporis. Alia ex parte intensionis virium nālium in actibus suis. Tertia ex parte inordinationis in motu virium sensitiuarū appetitiuarū de intus. Ex parte dispositiōis corporis arguit sic. Certum est enim q̄ corpus mixtum ꝓpter suum vltimū recessum ab equalitate ꝓportionis est meprū ad animationem: sicut lapideus et alia mineralia. Corpus autem plante ꝓpter maiorem sui appropinquationē ad equalitatem debiliter tamē et imperfecte natū est animari inferiori gradu animationis: hoc est per animā vegetatiuā. Corpus autem brutī: q̄ magis adhuc appropinquat ad equalitatem: et minus q̄ planta recedit ab illa perfectione equalitatis: que possibilis ē in mixtis: per naturā animatur altiori gradu animationis: hoc est per animā sensitiuam. Corpus autem humanū: q̄ maxime accedit ad illam equalitatem proportionis: que possibilis est in mixtis per naturam: ideo animatur anima nobilissimaque est anima intellectiua: Intellige tñ q̄ inter plantas quedam sunt remotiores ab ista equalitate: et quedam ꝓpinquiores. Similiter inter bruta quedam sunt ꝓpinquiora isti equalitati: que dā ab ista equalitate remotiora. Similiter que dā corpora humana pfectius participant ista equalitatem: que dā minus pfecte. Et ideo in quibusdā plantis: vegetatiua nobilior est q̄ in alijs. Et in quibusdam brutis: sensitiua est nobilior q̄ in alijs. In humanis autem corporibus quibusdā: intellectiua est nobilior q̄ in alijs: vel corpus nobiliori modo perficiens: non tamē intendo dicere q̄ illud sit necessarium q̄ corpus humanum in maiori equalitate compositū: nobiliorem sortiatur animam intellectiuam: sicut est necessarium in planta per comparationem ad vegetatiuam: et in bruto per cōparationem ad sensitiuam: quia intellectiua non educitur de potentia materie: sicut supra declaratum est: sed a deo voluntarie: et ideo quandoq; corpori minus equali: nobiliorem animam infundit vt aliquā nobiliorem corpori mulieris q̄ corpori viri: quāuis de lege communi fiat contrarium. ¶ Dato ergo equalitas complexionis loquendo de equalitate proportionis requiritur in corpore ad hoc vt sit pfectibile anima intellectiua q̄ ad hoc vt sit pfectibile anima vegetatiua: vel sensitiua. ¶ Dauus autem est habere animam intellectiuam in actu primo qui est informare: et in actu secundo qui est intelligere: q̄ habere in actu primo tantū: in corpore ergo maxime in organis virium sensitiuarum interiorum requiritur equalis dispositio ad hoc: q̄ homo habeat animā in actu primo et secundo simul: q̄ ad hoc q̄ habeat eam in actu primo tñ. Quapropter potest cōtingere q̄ corrūpatur simpliciter vel ad tempus aliquis gradus equalitatis in corpore: maxime in organis virium sensitiuarum interiorū: qui requirebatur ad hoc q̄ homo haberet animā in actu secundo qui est intelligere: et remaneat in corpore ille gradus equalitatis qui requirebatur ad hoc q̄ homo haberet animam in actu primo: et cuius hoc accidit: tunc remanet anima intellectiua perfectio corporis per essentiam: ita q̄ remanet corporis actus primus: nec tamen est in actu secundo qui est intelligere. Tunc autē dico q̄ in somnis: cum homo est perfecte dormiens propter vaporem et retractationem caloris: et spirituum ad interiora: et frigiditatem ipsius cerebri fit quedam ingrossatio: et compressio in organis virium sensitiuarum interiorum: per quam ingrossationem et compressionem: fit recessus q̄diu homo dormit ab illo gradu equalis dispositiōis: qui requirebatur ad hoc q̄ anima intellectiua esse posset in actu secundo qui est intelligere. Sic ergo ostensum est: q̄liter homo non potest naturaliter intelligere cum perfecte dormit: sed sicut habetur tertio de anima: appetitus sequitur intellectum: hoc est dictu q̄ motus ipsius volūtatis: qui est velle: non est nisi post aliquam cognitionem intellectualem ordine nature: et ideo homo cum perfecte dormit: non potest habere vsum ipsius voluntatis: nec vsum ipsius intellectus: vt ostensum est ergo homo perfecte dormiens: non potest habere per naturam vsum liberi arbitrij q̄diu dormit. Et sic ostensum est q̄ q̄ius voluntas et intellectus non sint potentie organice: q: tamē sunt potentie forme: que est perfectio corporis per essentiam: ideo propter imperfectionem ipsius corporis maxime in organis virium sensitiuarum interiorum impedītur in actibus suis: vel ad tempus: vt in somnis: vel semper sicut in simpliciter furiosis. Forma enim quecunq; sit illa non tñmodo impeditur in actione sua propter indispositionem materie vel obiectū circa quā: vel respectu cuius agit: sed etiam propter imperfectionem: vel indispositionem materie: quā perficit. ¶ Item q̄ potētie ipsius anime radicantur in eadem essentia: ideo accidit: sicut docet experientia q̄ cum vna multum excellit in actu suo intendit: q̄ alie impediuntur in actibus suis. Unde dicit. Auicēna. 6°. naturaliū libro. 5. capitulo. 7°. sic. Verissime enim scimus q̄ harum virtutum altera impedit alteram: et aliquibus interpositis subiungit: sic. Quelibet enim virtus si non haberet aliquid: in quo coniungeret alij: non prohiberet aliam virtutem a sua actione. Ecce ergo q̄ fortis intēsio vnius virtutis in actione sua aliam virtutem impedit in actiōe sua. Quōto ergo potētia ha-

q. 12. huius quolibeti.

L. c. 50.

Secūda rō Ad intēsionē vnius potentie aie: alie impediuntur.

bet actum altioremtanto citius impedit in actu suo pro
pter minimā intensionē alterius virtutis in suo actu:eo q
od actum nobiliorisvirtutis requirit maiorconatus:si
ue intensio ipsius anime. Inter autez potentias appetē
siuas intelligēs est nobilior:et ideo inter potentias appe
tensiuas illa est que primo impedit in actu suo ppter ex
cessiuā intēsionē ipsius vegetatiue in actibus suis. Hūc
autem mos est q in somnis excessiue intendunt actus ipsi
us vegetatiue ad ipsam partez nutritiuam:ita q tantuz
fertur de conatu ipsius anime ad illā actionē q totaliter
retrahit ab actu intelligēdi:cum tamē possint remanere
in appetēsīōe interiori:que est per sensitiuas interiores:
que est appetēsīo inferior:q̄z appetēsīo intelligēdi. Si
cut enim videos q citius impedit homo ab actu veloci
ter ambulādi:q̄z ab actu ambulādi qualicunq; ita citius
impedit homo a nobili appetēsīone:que est appetēsīo
intellectualis:q̄z ab apprehensione minus nobili:que est
appetēsīo imaginaria:sic ergo ppter minimaz occupatio
nem ipsius anime circa regimen ipsius corporis in som
nis impedit ab actu intelligendi:q̄z non impediatur
ab actu imaginādi:q̄z bene ab ordine recto imagina
tionis:etiam impediat in somnis. Quod aūt vegetatiua
q̄ntum ad potētiā nutritiuā magis vigeat in somnis: do
cet experientia:et auctoritas. Experiētia docet hoc: q̄ ex
perimur digestionē magis cōfortari in somnis q̄z in vi
gilia. Docet etiaz hoc auctoritas. Dicit enim pbs primo
de somno et vigilia sic:opus suum sicit nutritiua particu
la in dormiendo magis:q̄z in vigilando nutrimt: et aug
emt tunc:magis scilicet animalia. Et sic ostensa est scda
ratio:quare visus liberi arbitrij impedit i somnis: q: hoc
est propter minimā occupationem ipsius anime circa regi
mē corporis q̄ntum ad actus nutritiue et augmentatiue.
¶ Itē intelligere nostri intellectus duz est corporis cor
ruptibilis forma dependet de lege cōmuni a ministerio vi
rtum sensitiuarū. Ratio aūt huius est:q: anima intelle
ctiua est per essentiā suā materie sensibilia idest corporis
humani:ideo nō exit in actum suum quie si intelligere ni
si etiam aliqua potentia sensitiua interior: sit in actu suo:
Et hoc docet nos experientia. Cuz enī sumus in actu in
telligēdi:semp sumus in actu intuēdi aliquod phātasma
vel aliquid in qō dirigit nos ipsum phantasma. hec autē
apprehensio est per aliquā sensitiuam interiorē. vnde er
go ratio quare intellectus in actu suo dependet ex actu ali
cuius sensitiue interioris:est quia anima intellectiua est for
ma materie sensibilis. ¶ Adhuc etiā est alia ratio ex par
te debilis actus intellectus:quaz fortē ex corruptione ipsi⁹
corporis. Et hoc ex his que huic corruptibilitati anne
xa sunt:q̄z sicut scribit in libro sapiēcie. Corpus qō corrū
pitur aggrauat animā:et ideo ppter sui debilitatē dū est
in hoc corpore corruptibili:oportet ipsum per actum or
dinatum alicuius sensitiue interioris ad intelligendum
quasi sensibiliter manu duci:sicut puero paruz instructo
oportet ostendi exemplaria protractiones in puluere: vt
per ista sensibilia:manu ducatur ad acquirendum intelle
ctualē cognitionem. Vnde Auicē expresse vult. vi⁰ natu
ralium lib. v. c. j. q̄ intellectus iuuat per imaginationez:
qō est intelligendum per ordinatum actum imaginatio
nis:q: inordinatus imaginationis actus nō iuuaret:sed
noceret sicut mala explicatio et protractiones in puluere: vt
magis puerreret intellectū discipuli q̄z dirigeret. De ista
cōclusione habemus tm vsq; nunc:q̄ noster intellectus
dum est in corpore corruptibili q̄ntum ad actum suū:qui
debet sibi ex naturalibus et de lege cōmuni dependere ex
ordinato actu ipsius imaginationis: vocādo hic imagi
nationē altissimam virtutez inter sensitiuas interiores:
que forte ppio nomine sm aliquos vocaret extimativa:
vel sm alios cogitativa. Nunc autem in somnis propter
ascensum vaporis fit inordinatus motus in ipsius spiritu
bus et subtilibus humoribus existētibus in organis in q
bus sunt ista phātasmata sicut in subiecto: et ideo in som
nis fit inordinatus motus phātasmatuz: et ideo q̄uis in
somnis imaginatio fortiter apprehendat:nō tamē in sua
apprehēsione mouet ordine recto:sed magis ordine trās
posito et nō recto: et ideo actus imaginationis non viget
in somnis q̄ntum ad rectitudinē illius ordinis qui requi
rit ad hoc:q̄ actus imaginationis viget ad actum intel
ligēdi. Et hec est tertia ratio quare intellectus impedit
in somnis cum homo pfecte dormit: et ex consequēti qua
re nō potest vsuz habere naturaliter liberi arbitrij. Vtrū
autē quelibet istarum rationuz per se esset sufficiēs causa
nō affirmo nec nego:sed dico aut q̄ quelibet istarū esset
per se sufficiēs causa illius impedimēti: aut q̄ iste tres sunt
simul vna sufficiens causa. Si autē contingat quandoq;
q̄ actus imaginatiōis in somnis sit ordinatus vel a cāu:
vel ex consuetudine: non tamen tm durat illa ordinatio:q̄
posset sufficere ad ita completū actum intelligēdi qui re
quirit ad vsum liberi arbitrij: maxime duabus aliis cau
sis impedientibus: que facte sunt in duabus rationibus
primis. Sic ergo concedo q̄ homo per naturā non potest
habere vsum liberi arbitrij in somnis: et precedenda est au
ctoritas Bernardi que fuit adducta p parte ista. ¶ Ad
illud qō arguebat in cōtrium potest solui tripliciter. Uno
modo dicendo q̄ si Salomon in somnis habuit vsum li
beri arbitrij: hoc nō fuit per naturā: sed per aliquod sup
naturale donū. Alio modo potest dici q̄ ipse nō meruit i
somnis: sed illud meritum qō in vigilia habuerat in som
nis fuit sibi ostensum. Vel potest dici sm alios q̄ ipse non
erat tunc precise dormiēs: sed quasi medius inter vigilan
tē et dormiētē. in tali autez statu homo potest habere per
naturam: q̄ntum nō ita plene vsum rationis. Sed iste ter
tius modus soluēdi nō placet mihi: q: homo tepide dor
miens: vel medius inter dormiētē et vigilantem: q̄ntum
possit habere aliqualiter interdū rationis vsum: nō tamē
potest ita complete per naturā habere tōtis vsum quod
sufficiat ad vsuz liberi arbitrij saltē plenū.

Nutritiua potentia magis viget i sōno q̄z i vigilia. Nō multum post hoc

Act⁹ intellect⁹ p sōtu isto dependet a ministerio sensuum

Tertia ratio

c. q.

Quare autez regrat iste ordo pro statu isto videas stepha. burlefer i 2ⁿ. q. p. logi. lib. sinularum.

Alueroys Auicen

Conclo qōnis

Ad arg⁹

Consequenter veniendū est ad quelibet spectā
teo ad scientiā practicaz: siue ad morum infor
mationē: quarum vna fuit de peccato per cō
parationē ad determinatā psonam: que fuit hec. Utrum
petrus peccauit quādo negauit christum. Quedam fue
runt de peccato per comparationē ad determinatum tē
pus. Quedam autē fuerunt de peccato nō per compara
tionem ad determinatam personam: neq; ad determina
tum tempus.

Qō. XVIII.

Primo ergo quero vtrum petrus pec
cauit quādo negauit christum.

Arg⁹

Et videt q̄ nō: sm enīz q̄ dicit beatus augu
stin⁹. 3. de libero arbitrio. Nulla culpa repre
hendi potest: vbi vi necessitas que dominat. Sed neces
sariū fuit petrum negare christum: sicut ostendam: ergo
in negādo non peccauit. probatio minoris. Christus pre
dixerat q̄ petrus negaret ipsum: sed ipse christus nō po
terat mētiri ergo nō poterat eē q̄ ipse petr⁹ negaret eū.

Contra Mat. 26. dicit q̄ petrus egressus foras fle
uit amare: et hoc fuit q: christum negauerat

In opp⁹

Nō fleuisset aūt ppter hoc amare: nisi vidisset se in hoc
peccasse: ergo petrus in negādo christum peccauit.

Ad istam questionē dicitur q̄ petr⁹ quā
do christum negā

R⁹

uit valde grauiter peccauit: q: in hoc magis dilexit vitā
suā q̄z bonorem dei. Cum ergo fuerit ille actus in ordina
tus procedens ab homine existēte in vsu liberi arbitrij
peccatum fuit non qualecunq; peccatū: sed valde graue
¶ Ad illud qō arguit in oppositū dicendo q̄ necessariū
fuit petruz negare christum: Dico q̄ falsum est: et cum tu
dicis q̄

dicis q̄ christus mẽtiri nõ poterat: dico q̄ verũ est. Unde ista duo simul esse nõ potuit q̄ christ⁹ hec ꝓdixisset intendo hec asserere: ⁊ q̄ illud non accidisset: ⁊ tñ dico q̄ ẽt posq̄ hoc christ⁹ dixerat ipſi petro q̄ negaret: ad huc erat in libertate ipſius Petri nõ negare: ãgius ergo ista ꝓsequentia esset necessaria. Christus dixit petro esse rendo q̄ negaret eũ: ergo negatio erat futura: nõ ꝓpter hoc tñ illud ꝓsequens: hoc est petrũ negare christũ erat necessarium. Bene.n. est aliq̄ necessaria ꝓsequẽtia: ⁊ tñ ꝓsequens nõ est necessariũ. ¶ Et si arguo vltra dicẽdo sic. Si antecedẽs est necessariũ: ⁊ ꝓsequentia necessaria: ꝓsequens est necessariũ. Sed posq̄ christus dixit q̄ petrus negaret eũ: ẽ ipm dixisset fuit necessariũ: ergo illud dixisse iam fuit ꝑteritũ: ergo si ꝓsequẽtia esset necessaria: ꝓsequens hoc est petrũ negare christũ fuit necessarium. ¶ Ad hoc rñdeo dicendo: q̄ antecedens aliq̄ põt esse necessariũ: ⁊ ꝓsequentia necessaria: tñ ꝓsequens nõ erat necessariũ: verbi gr̃a. Si deus ꝓscit te comesturz crastinu comedes crastina: ista ꝓsequentia est necessaria. Jtez si deus ꝓscit: nõ põt hoc non pescivisse: ⁊ tamen te comesturz crastino est futurz ꝓsequens: q̄ ita est futurz: sicut deus ꝓscivit futurz: sicut aũt deus ꝓsciuit futurz: ita prescivit q̄ cõtingenter esset futurz. Jta dico in proposito sicut deus ꝓdicit q̄ petrus negaret eũ: ita hoc ꝓdicendo intellexit: q̄ ꝓtingenter negaret eũ. Unde sicut erat ista ꝓsequẽtia bona: christus dixit: q̄ petrus negabit eũ: ergo petrus negabit eũ: ita erat ista ꝓsequentia bona: hoc prædicendo intellexit: q̄ petrus negabit eũ ꝓtingenter: ergo petrus negabit eũ ꝓtingenter: dico ergo q̄ petrus potuit christuz nõ negare: ⁊ posq̄ christ⁹ dixerat: q̄ petrus negaret eũ: nõ tamen potuerunt ista duo simul stare: q̄ christus hoc asserendo dixisset: ⁊ eum non negaturus esset.

Obiect⁹

Rñ⁹

Dico hac mã recurre ad. 38. ⁊. 39. di. 3. de infal libilitate dine scie ⁊ ꝓtingẽtia reruz.

Quonsequenter Tenendum est ad qõnes q̄ fuerunt pe peccato p cõparationẽ ad determinatuz tp̃s. Quarũ vna fuit de peccato p comparationẽ ad diem dñicam que fuit hec. Utrũ secularis q̄ non audit missam die dñico peccet mortaliter. Alia fuit de peccato p cõparationem ad tp̃s quadragesimale que sunt hec. Utrũ ieiunãs in quadragesima ꝑ peccato sit intungendũ q̄ iteruz ieiunet. ¶ Primo ergo ꝙro vtrum secularis q̄ nõ audit missaz in die dñico peccet mortal'r.

Qđ. 19. Arg^m.

Questio XIX.

Secũdã L. c. 34. ¶ Até philosophus primo posteriorum vult q; status est de necessitate in ascendendo superius: ꝛ descendendo inferius: ꝛ in medium: sicut patet in linea predicamentali: quare ascendendo a specie specialissima vsq; ad genus generalissimum deuenitur quod non habet supra se aliud genus in descendendo a genere generalissimo vsq; ad speciem que nõ habet infra se speciem specialiorem: ꝛ illa est spẽs specialissima. Ita etiam que sunt in medio que sunt genera ꝛ species: species respectu superiorum: genera respectu inferiorum: sunt etiam in terminato statu: ꝛ ꝟ videtur esse mẽs philosophi in loco primo assignato. Sz si deus posset facere vltra supremam creaturam aliam nobiliorem: pari ratione posset insuper illam aliam facere adhuc nobiliorem: ꝛ sic fine fine: ꝛ sic non esset status in ascendendo superius: ꝛ ita non esset status in ꝑdicatis inquid quod ꝓtra mentẽ philosophi esse videtur in loco primo assignato.

Tertiũ. **Item** beatus augustinus scꝺo confessionum ad deum dicit. Duo fecisti vnum prope te: alterum prope nihil: vnum quo superior tu esses: alterum quo nihil inferius esset: ergo videtur sentire Augusti. q; est quedam creatura ita nobilis ꝛ ita prope deus q; inter ipsam non potest fieri creatura media.

Quartũ. **Item** si deus posset facere creaturam nobiliorem creatura illa: que modo est suprema: cum nihil instaret sibi si eam faceret: ꝛ deceat ipsum communicare suam bonitatem prout possibile est: videretur aliquibus q; si illam creaturam non faceret q; inuidus esset: sed inuidiam ponere in deo summa absurditas ꝛ infamia est.

Quintũ. **Item** si deus posset facere aliquam creaturam nobiliorem ꝺ̃ sit illa: que modo est suprema: pari ratione posset facere nobiliorem: ꝛ nobiliorem sine fine: ergo pari ratione posset deus facere creaturaꝫ simpliciorem ꝛ simpliciorem sine fine: quanto enim creatura est simplicior: tanto creatura ceteris paribus est nobilior: sed omnis gradus simplicitatis excludit aliquem gradum compositionis: ergo sequeretur q; nisi esset gradus cõpositionis eẽnt in creaturaꝫ ꝺ̃ falsũ est.

Item quãuis creature non habeant essentialem ordinem quantum ad suum esse existentie: hoc est: quia non oportet q; vna creatura mediante alia: non enim dicimus q; intelligentie emanauerint a deo: ita q; vna mediante alia sed omnes immediate a deo: nec dicimus q; mundus corporalis emanauerit a deo mediante aliqua intelligentia: sed ipse mundus corporalis a deo immediate productus fuit: tamen dicunt q; creature quantũ ad suum esse essentie quedam habent essentialem ordinem: sm quem dicimus q; essentia vnius speciei est in gradu altiori ꝺ̃ alia. Vnde non sunt aliquę species creaturarum se habentes in equali propinquitate ad primum: quãuis ergo species rerum a deo immediate processerint: tamen essentialem ordinem habent inter se: intelligendo vt expositum est: sed inter res habentes inter se essentialem ordinem est dare de necessitate primum ꝛ vltimum: ergo vltra illam speciem creature que est altior: deus non posset facere creaturam semper nobiliorem: ꝛ nobiliorem sine fine: sed qua ratione posset facere aliã nobiliorem ꝺ̃ sit illa que modo est suprema pari ratione posset facere nobiliorem ꝛ nobiliorẽ sine fine: ergo deus non posset facere aliquaꝫ creaturam nobiliorem ꝺ̃ sit illa creatura que modo est suprema.

Sextum

Ad hoc aug. 12. li. de ci. c. 18

Item certum est Quod natura humana domini nostri iesu christi est vnita persone filij dei: ita q; in domino nostro iesu christo non est nisi vnum suppositum: quãuis in illo suppposito sit natura creata ꝛ increata: Certum est autem: q; illa vnio tanta est q; nulla creatura perfectius posset vniri diuine persone. Sed quanto creatura esset nobilior tanto quantum ex parte sua esset magis vnibilis deo: ergo videtur q; deus non posset facere aliquam creaturam nobiliorem ꝺ̃ sit natura humana domini nostri iesu christi: attendendo simul nobilitatẽ quam habet ex natura: ꝛ nobilitatem quam habet ex gloria. Et ꝟ de primo articulo dicta sufficiant.

septimus

Consequenter ponatur ratio ꝑ pte alia ꝛ sit hec.

Scdus articulus

Deus potest facere in creatura omnẽ bonitatẽ quę nõ repugnat rationi creature. Potest ergo deus facere creaturam quantecunq; bonitatis que rationi creature vñ creatura est non repugnat: sed maior bonitas ꝺ̃ sit bonitas illi ue creature que non est suprema non repugnat rationi creature. Vñ creatura est: sicut ostendam: ergo deus potest facere creaturam maioris bonitatis ꝺ̃ sit bonitas illius creature que modo suprema est. Probatio maioris: deus potest facere omne illud quod nõ includit cõtradictionẽ: ergo deus pót facere quantũcũq; bonitatẽ que rõni creature nõ repugnat. Cõsequẽter ꝓbo minorẽ principalis rõnis: illud qõ nõ repugnat esse limitato ꝛ finito non repugnat rationi creature: vnde creatura est: sed maior bonitas ꝺ̃ sit bonitas illius creature que modo suprema est: non repugnat eẽ limitato ꝛ finito: ergo si illa bonitas intelligit duplari: adhuc ipsa duplata ẽ aliqũ limitatũ ꝛ finitũ: ergo maior bõitas ꝺ̃ sit bonitas illi⁹ creature ꝙ mõ suprema est rõni creature: vñ creatura est nõ repugnat. Et sic videtur q; deus potest facere aliquam creaturam inter se ꝛ illam creaturaꝫ que modo est suprema que esset superior illa creatura que modo est suprema: nec tamen exiret limites creature. Ad hoc etiam est

Scdm ꝛ proprie opinio

manuductio

mmuductio quedam. Certum est enim q̄ nullus intellectus creatus deum videt: ita perfecte quantum ipse ex parte sua visibilis est: quantus quilibet intellectus beatus videat ipsum clare: sicut credo me declarasse in vna de questionib⁹ meis. Et hoc é quare ipse deus propter infinitam sui entitatem est visibilis in infinitum intensiue quantum est ex parte sua. Unde esset possibile si poneretur q̄ virtus alicuius intellectus beati: per quem videt deum: intenderetur plus: & plus sine fine: dicetemus q̄ ille intellectus proficeret in videndo deum clarius: & clarius sine fine: & ita in vidēdo perfectius: & perfectius sine fine: ab illo ergo intellectu posset deus videri in gradu altiori: & altiori sine fine: non ponendo gradum ex parte rei vise: sed ex parte visionis ipsius intellectus videntis: videtur autem rationabile q̄ deus posset facere creaturas imitantes deum secundum istos gradus & secundum quos est visibilis. Et ita sequitur quot posse facere creaturam in altiori gradu quam sit illa: atque modo est suprema: & adhuc aliam in altiori gradu quam illa: & sic deinceps sine fine. Nec mireris de hoc: quod dictum est quot probabile est deum posse facere creaturas imitantes deum secundum illos gradus secundum quos visibilis est. quantus enim in summa essentia non sint gradus: quare est essentia simplicissima in se habens infinitam perfectionem: tamen certum est quot sicut illa essentia potest videri magis clare: & minus clare ab intellectu creato: ita a creatura potest participari altiori: & altiori modo secundum altiorem: & altiorem rationem. Unde secundum altiorem rationem participatur a viuentibus: quam a non viuentibus: & a sentientibus: quam a viuentibus tantum: & a rationalibus quam a sentientibus: & ab intellectualibus quam a rationalibus: & ab illo qui sunt de ordine archangelorum: quam ab illo qui sunt de ordine angelorum: & ab illo qui sunt de ordine principatuum quam ab illo qui sunt de ordine archangelorum. Et sic deinceps ascendendo. Unde videmus quot vna essentia simplex nullo modo gradus habens ex parte sua: secundum tamen multos gradus est visibilis: & secundum multos gradus est participabilis: non ponendo gradus ex parte ipsius rei vise & participate: sed tantum ex parte visionis videntium: & participationis participantium. Et propter hoc dixi quot ex quo posset videri altiori: & altiori modo sine fine: si posset intendi virtus intellectus creati: per quam videt deum plus: & plus sine fine: quod probabile est: quot deus posset facere creaturas correspondentes illis omnibus gradibus secundum quos deus visibilis est faciendo illas creaturas non omnes simul in actu primo: quia hoc esset facere infinitum in actu primo: sed intelligo sic: q̄ deus posset facere creaturā imitantem deum sub altiori ratione: & adhuc aliam imitantem deum altiori modo: & sic deinceps ascendendo sine fine: ita tamen quot gradus in illis altitudinibus essent ex parte participantium: non ex parte rei participate. Et hec de secundo articulo dicta sint.

Tertius articulus Solo arguitur pro opinione. Ad p̄m

Consequenter soluendum est ad ea que adducta fuerunt pro opinione contraria.

Dico ergo primo ad auctoritatem Dionysij quot non bene accipiunt eam. Uolunt enim ex illa arguere ac si in omnibus esset simile de processu numeri ab vnitate: & de processu creaturarum a deo. Et tamen certum est q̄ plus est ibi de dissimilitudine: cū de similitudine. In hoc enim est aliqualis similitudo: quia sicut numeri progrediuntur ab vnitate: & creatura procedunt a deo: & sicut vnitas est simplicior quocunq; numero: ita deus est simplicior quacunq; creatura. Et sicut non sunt due species numeri in equali propinquitate ad vnitatem: sic non sunt due species creature in equali propinquitate ad deum: loquendo de propinquitate que est per earum naturam. Et sicut quilibet numerus habet in se aliquam participationem vnitatis. Unde etiam quicunq; numerus dicitur vnus. Dicimus enim quot senarius est vnus numerus: & septenarius est vnus: & sic de alijs. Ita quecunq; creatura habet in se aliqualem participationē ipsius dei. In multis tamen est dissimilitudo: ab vnitate enim non procedit nisi vnus numerus immediate scilicet binarius. ternarius enim procedit ab ea mediante binario: & quaternarius mediante ternario. Et sic deinceps: omneo autem angeli: & ipse mundus corporalis processerunt immediate a deo. Item est dissimilitudo in hoc quot aliquis numerus est ita propinquus vnitati: quot non potest esse aliquis alius numerus vnitati propinquior: sed non est aliqua creatura: ita propinqua deo: quin posset fieri aliqua creatura deo propinquior: saltem loquendo de propinquitate: que consideratur in creaturis per suam naturam. Accipiebant ergo illi auctoritatem Dionysij nō secundum Dionysij intellectum.

Ad illud quod adducebant pro se de libro de ꝓfectorum: dico bene quot in eodem genere non contingit speciem fieri nobiliorem: & nobiliorem sine fine: nec in eadem specie potest fieri individuum nobilius: & nobilius sine fine: imo est dare terminum in specie qui terminus transcendi non potest ab aliquo individuo remanente in eadem specie. Item est dare terminum in genere qui transcendi nō potest ab aliqua specie eiusdem generis. Sed hoc nō obstante deus posset facere creaturam nobiliorem: & nobiliorem sine fine in altior: in alio genere. verbi gratia. In prędicamento substantie corporalis posset fieri substantia: ita nobilis q̄ naturaliter non posset fieri nobilior: in illo prędicamento: tamē si ponamus nobilissimam substantiam que potest esse in prędicamento substantiarum corporalium: adhuc inuenimus nobiliorem substātiam non i eodem prędicamēto: sed in alio prędicamento: hoc est in prędicamēto substantiarum intellectualium. Et sic dico q̄ adhuc deus posset facere substantiam nobiliorem q̄cūq; fit alia creatura intellectualis in alio prędicamento. Unde tu debes scire q̄ illa sunt in eodem prędicamento: que conueniunt in primo principio potentiali: vt in prima ratione possibilitatis: que est in eis: & ideo certum est omnes substantias corporales esse in eodem prędicamento: q̄ natura possibilis est in omnibus rebus generabilibus: & corruptibilibus vnigenea. Substantie autem spirituales non sunt in eodem prędicamento cuz substantijs spiritualibus: & corporalib⁹: Quāuis n. genꝰ significet totaz qui ditatē rei: ponitur tñ a ratione potētialis nature. Unde genus generalissimum essentiam rei dicit sub modo indeterminatissimo: & maxime potentiali ad determinationem. Ita dico q̄ deus posset facere prędicamentuz substātiarū aliarū: ita q̄ ille sbe nō essent i eodē ꝑdicamēto cū substātijs corporalib⁹: nec cum substantijs spiritualibus: que non sunt. Dico ergo sic ad auctoritatem philosophi q̄ in eodē ꝑdicamento oportet ponere statuz. Nec debes mirari de hoc q̄ dico: nō oēs substātias esse i eodē ꝑdicamēto: Duus. n. fuit mens ipsi⁹ ꝑbi. Cūm ipse dixit. no. meta⁹. T. c. 26.

Ad p̄m.

Substantie spūales & corporales ꝓ docta. nō ſſe eiusdē generis & ꝓ cōem opionez.

Quadr hic tex. I telligat vide exp̄ positor: ce ibi: ꝯre ꝺ gſſe phy ſico ⁊ nō logico ⁊c̄

Q; corruptibile: ⁊ icorruptibile diuerſa ſunt genere: ⁊ intelligio de corruptibili: ⁊ incorruptibili per natu tam: vnde realiter loquendo ſubſtantie intellectua/ leo ⁊ corporalco non ſunt in eodem predicamento.

Ad 3m

Ad auctoritatem vero Auguſtini di/ cendum: q; illa au/ ctoritas non eſt contra me. Auguſtinus enim inten/ dit dicere q; inter creaturas vna eſt ita alta q; ſolus deus illa ſuperior eſt: ſed non negat quot alia altior fie ri poſſet a deo: vnde loquitur de hoc quod factum ē: non de hoc quod deus facere poſſet.

Ad 4m

Illud etiam quod quarto adducebant pa/ rum cogit. Sicut enim dictuꝫ eſt in prima queſtione iſtius diſputationis generalis: non ideo deus vult aliquam creaturam fieri: quare bonum eſt ipſam fieri: ſed ideo bonum eſt ipſam fieri: quare deus vult ipſam fieri: ita q; bonitas attenditur in factione rerum per comparationem ad diuinam voluntatem: vnde eo ipſo quot dicitur vult aliquam creaturam fieri melius eo quot fiat: quam quot non fiat: ⁊ in eo ipſo quot vult aliquam creaturam non fieri: melius eſt quot non fiat: quam quot fiat. Si ergo queras: ſi deus poteſt facere aliquam creaturam nobiliorem quam ſit: illa creatura que non eſt ſupre/ ma: quare non creat eam. Dico quot ideo non creat eam: quia melius eſt ipſam non creari: quam creari ſe cundum ordinem creaturarum ad diuinam voluntā tem: que in vniuerſitate creaturarum maxime debet attendi. Et ſi queras quare quantum ad ordinez: me/ lius eſt illam creaturam non fieri: quam fieri. Dico q; ratio eſt quia deus vult eam non fieri: ⁊ ſi queras qua re deus vult eam non fieri: ibi ſtandum eſt: quia di/ uina voluntas eſt ſumma regula bonitatis. Non eſt ergo mutabus in non faciendo illam creaturam: quia ſimpliciter ⁊ omnibus computatis melius eſt illam non fieri: quam fieri.

Ad 5m

Alia etiam ratio que poſtea fiebat non multum cogit. quam/ uis enim non ſit actu infiniti gradus compoſitionis in creaturis: tamen dico quot ſicut poſſet fieri a deo creatura ſimplicior ſine fine: ita dico quot poſſet de/ us ponere in creaturis per diuinam potentiam ali/ um ⁊ aliud gradum compoſitionis ſine fine: non au tem oportet quot omni ſimplicitati que poteſt eſſe in creaturis per diuinam potentiam reſpondeat actu in creatura aliquis gradus compoſitionis quam illa ſim plicitas haberet occludere: ſed ſufficit quot talis gra/ dus compoſitionis poſſet fieri in vniuerſitate creatu rarum per diuinam potentiam.

Ad 6m

Illa etiam ratio que poſtea ſequitur nō videtur mihi multuꝫ cogere. cum enim dicit quot in rebus habentibus inter ſe eſſentialem ordinem: eſt dare ſupremum quo non poteſt eſſe aliqua creatura altior. Dico quot ſi lo/ queris de eſſentiali ordine eo modo quo fuit expoſi/ tum in formando illam rationem: propoſitio falſa eſt. Unde illa ratio ſoluenda eſt per interemptionem. ſi enim vocas eſſentialem ordinem inter ſpecies: quot vna eſt nobilioris eſſentie quam alia: ⁊ propinquior primo principio: talis eſſentialis ordo non prohibet quin ſemper per infinitam potentiam poſſet fieri ſpe cies nobilior ⁊ nobilior ſine fine. Sed ſi eſſet inter creaturas eſſentialis ordo eo modo quo quidam he/ retici exiſtimauerunt: videlicet quot vna creatura de neceſſitate emanaſſet a deo primo: ⁊ alia a deo me diante illa: ⁊ ſic deinceps: ſic propoſitio haberet veritatez: ſed ſic ponere eſſentialem ordinem eſt contra rationē: ⁊ contra veritatem fidei: vnde qui hoc vellet defende re eſſet hereticus ſimpliciter.

Ad 7m

Illud etiam quod arguebatur per natu/ ram humanam domini noſtri ieſu chriſti: ſolui poteſt ſic: quanuis enim natura hu/ mana domini noſtri ieſu chriſti: ita ſit ſublimata quot maneno eadem in numero non poteſt amplius ſub/ limari: nec alia natura manens in eadem ſpecie: ta/ men poſſet dici: quot deus poſſet facere aliquam na/ turam magis ſublimem quantum ad naturaz ⁊ quan tum ad gloriam: non tamen quantum ad modum exi ſtendi: queni habet in diuino ſuppoſito. Nulla enim creatura poteſt a deo accipere nobilius eſſe: quam eſ/ ſe: quod habet in diuino ſuppoſito. Nullaz ergo crea turam poſſet deus facere: cui poſſet dare nobiliorem modum actualiter exiſtendi: quaz ſit ille modus: quo natura humana domini noſtri ieſu chriſti actualiter exiſtit. Eſt enim actualiter non in aliquo ſuppoſito creato: ſed in ſuppoſito increato. Poſſet tamen deus facere creaturam nobiliorie eſſentie: cui maiorem ha/ birum glorie dare poſſet: ſed non poſſet hoc fieri: ita q; illa creatura eſſet in ſpecie nature humane: quare in ſpecie nature humane natura domini noſtri ieſu chriſti tenet ſummum. Sic poteſt dicere qui vult te/ nere iſtam partem. Qui autem vult tenere par/ tem alt am: etiam poſſet ſoluere rationes pro parte iſta: ſed cauſa pluralitatis vitande: nolo hic ponere ſolutio/ nes: per quas videtur aliquibus quot proceſſus illa/ rum rationum poſſet impediri. Et hec de tertio arti/ culo dicta ſint.

Ad 8 vi/ de theo/ logos i 3. di. 13.

Ad arg̃m ꝓncipale

Qui autem vult tenere quot deus in/ ter ſe: et ſupremam creaturam poſſet cauſare aliam nobiliorem: poteſt re/ ſpondere ad argumentum in oppoſitum dicendo q; illa opinio non ponit mundum imperfectum. Et hoc enim eſt perfectio in mundo: quot ita eſt mun/ dus ordinatus: ſicut deus vult ipſum ordinari. Et quare omnes creature ſint in mundo: quas vult de/ us ibi eſſe: vnde perfectio attenditur in mundo ex ordine ipſius mundi ad diuinam voluntatem. Unde eo ipſo q; deus non vult illam creaturam fieri. Di/ co quot propter non exiſtentiam illius creature mun dus non eſt imperfectior. ¶ Qui autem vellet tene/ re partem aliam (forte dicerent quot inter ſupremam creaturam) ⁊ deum nulli gradus ſunt poſſibiles par/ ticipari: vnde forte ſolueret per interemptionem: qui uis bene concedat ipſum deum eſſe excellentiorem in infinitum: quam ſit ſuprema creatura. ¶ Nulla au tem iſtarum opinionum intendo temerarie aſſerere. Sed ex dictis poterit quilibet eligere quod ſibi ra/ tionabilius videbitur de hac queſtione.

Queſtio. V.

Q.5.

QOnſequenter Querit vtrū deꝰ poſſit fa/ cere aliquam creaturam inferiorem prima materia generabilium: ⁊ corruptibilium.

Arg̃m.

QVIdetur quot ſic quia inter ip/ ſum ⁊ nihil ſunt infi/ niti gradus: quia non eſt dare a quocun que ente in infinitum. Ergo videtur quot deus poſſet facere creaturam inferiorem prima mate/ ria generabilium ⁊ corruptibilium.

In oꝑm. Ex 8o phyſicoꝝ t.c.8°.8i.

Contra materia prima generabilium: ⁊ corru/ ptibilium eſt in potentia ad omnes for mas ergo alia creatura non poſſet habere maiorem potentialitatem

potentialitatem: sed quanto creatura esset inferior: tanto haberet maiorem potentialitatem: ergo deus non posse facere creaturam inferiorem materia prima generabilium & corruptibilium.

Dearticulatio q̄stionis.

Ad videndum veritatem huius questionis sic procedendum est. Primo distinguendum est de materia prima. Secundo distinguendum est ens in ens possibile fieri per se: & non possibile fieri per se. Tertio ostendendum est q̄ nullum ens pōt fieri p se q̄ sit inferius materia prima ḡnabilū & corruptibilium. Quarto ostēdēdum ē q̄ aliq̄ ens q̄ non potest fieri per se: factum est inferius ea. Quinto ostendendum est q̄ factum est aliquod ens non possibile esse per se: nec aliquam propriam actualitatem importano: quo nihil inferius fieri potest. ¶ Quantum ergo ad primum articulum: dico q̄ materia prima generabilium & corruptibilium dupliciter potest accipi: vno modo ſm q̄ dicit aliquid commune manens in generato & corrupto vsq; ad quod resoluit natura: cum ex vno generatur aliud generatione simpliciter: & sic proprie accipitur prima materia generabilium & corruptibilium. hoc enim est q̄ vocamus primam materiam generabilium & corruptibilium: scilicet primarium fundamentum transmutationis naturalis. Unde & a philosopho primo metaphysice vocetur fundamentum nature. Alio modo accipitur prima materia generabilium & corruptibilium pro quodam principio pure possibili quod nullam penitus importat actualitatem propriam: dicens rē mediam inter quancunq; actualitatem: & nihil: quod quidem principium pure possibile transmutatur in ipsam formam: ita q̄ sit ipsa forma ſm quod ſpecialius & clarius expositum ē in quadam que stione disputata que est hec vtrū angeli imprimant formas corruptibiles in materia: vel educantur per naturam de potentia materie. ibi enim declaratum est: q̄ est quoddam principium purum possibile in materia q̄ non est idem re cum ipsa natura transmissibile in ipsam formā per actionem agentis naturalis: ita q̄ forma generanda dicitur esse in materia in esse pure possibili ratione illius principij possibilis: quod est transmissibile in ipsam. Cui sententie videtur concordare verbum Cōmentatoris super octauo metaphysice: vbi dicit q̄ illud quod fuit in potentia est in actu: & non sunt duo diuersa. Illud enim principium pure possibile non dicitur quid diuersum a forma in quam transmutatur: sicut vna forma ab alia: nec sicut materia propie dicta ab ipsa forma: nec tamen potest dici idem in actu: quia purum possibile cum nulla re habet identitatem actualem: & sic non accipitur materia prima propie. Et hec de primo articulo dicta sufficiant.

Primus articulus. Dā prima duplici ter accipi pōt. Ad 5 sco. q. 2. q̄rti arti. 2. bona distinctionē. T. c. 17. Principium pure possibile quid. De quo ēt in q. 12. huius. q. articulo. 2. vide.

c. vltimo

¶ Secundo distinguendū ē ens: in ens possibile fieri per se: & non possibile fieri per se. Quia enim sit ens quoddam possibile fieri per se: nullū dubium est. Omne enim ens quod importat aliquam determinatam actualitatem absolutam: possibile est fieri per se naturaliter: aut supernaturaliter per diuinam potentiam supernaturaliter operantem. Quia autem sit dare ens non possibile fieri: hoc concludi potest per illud quod in primo articulo dictum est: ſm q̄ est ponere in rebus: principium purum possibile: quod est transmutabile in ipsam formam: quod non importat aliquam actualitatem propriam. Tale enim ens nullo modo potest fieri per se: quare hoc includeret contradictionem. Si enim esset per se: aliquam actualitatem importaret: quare esse actu non est sine aliqua actualitate: & tunc si illa actualitas esset aliud ab illo principio pure possibili: iam illud principium pure possibile non esset per se: si autem esset illud principium possibile: vel de essentia eius iam purum possibile: non esset purum possibile: vel simul esset purum possibile: & actuale: que sunt repugnantia. Et ita patet q̄ dicere q̄ purum possibile potest fieri per se: includit q̄ duo contradictoria possunt simul esse vera. Et hec de secundo articulo dicta sint.

Secūdo articulus

¶ Tertio ostendēdū est q̄ nullus ens potest fieri q̄ sit inferius materia prima generabilium & corruptibilium. Hoc enim probari potest per hoc quod probatum ē in precedenti articulo q̄ nullum ens purum possibile potest fieri per se. ex hoc enim sequitur q̄ omne ens quod potest fieri per se dicit aliquem actualitatis gradum: sed materia prima generabilium & corruptibilium si importat actualitatem propriam: tenet infimum actualitatis gradum. Ex quibus sequitur q̄ nullum ens potest fieri per se quod sit inferius ea. Quia autem materia prima generabilium & corruptibilium dicat infinitum actualitatis gradum: si actualitatem importat: dico sic. si enim dicit aliquem gradum actualitatis vltra infimum: tunc actualitas sua non esset cum maxima possibilitate que stare potest cum aliqua actualitate. nunc autem opinio philosophorum videtur esse q̄ materia prima generabilium vel corruptibilium importat maximam possibilitatem: que potest stare cuz aliqua actualitate: quod verum non esset si aliquem gradum actualitatis importaret vltra infimum: & sic patet q̄ principaliter in hoc articulo probare intendebamus q̄ nullum ens potest fieri per se quod sit inferius materia prima generabilium & corruptibilium. Et hec de tertio articulo dicta sufficiant.

Tertius articulus

Dā prima ſfimū actualitatis gradū obtinet.

¶ Quarto ostendendum est q̄ aliquod ens: quod non potest fieri per se: factum est inferius ea. probatum est enim supra q̄ in rebus generabilibus & corruptibilibus est dare principium purum potentiale transmutabile in ipsam formam que per naturam educitur de potentia materie. Est etiam dare in rebus ens purum possibile: quod nullam habet actualitatem propriam: sed est per actualitatem alienam: quare est quoddam rei habentis actualitatem: & declaratum est supra q̄ tale ens per se fieri non potest: materia autem prima generabilium: & corruptibilium tenet infimum: & determinatissimum actualitatis gradum: aliter non esset primarium fundamentum transmutationis naturalis: ens autem quod nullam importat actualitatem propriam: est ens inferius quocunq; ente importante actualitatem aliquam: quantumcunq; illa actualitas sit infima & indeterminata: sequitur ergo q̄ illud principium purum possibile de quo probatum est quod non potest fieri per se: est inferius materia prima generabilium: & corruptibilium. Et sic probatum est illud quod in isto quarto articulo intendebamus scilicet q̄ aliquod ens quod non potest fieri per se: factum est inferius materia prima generabilium & corruptibilium. Et hec de quarto articulo dicta sint.

Quartus articulus

¶ Quinto ostendendum est q̄ factum est q̄ aliquod ens non possibile esse per se: nec aliquam propriam actualitatem importano: quo nihil inferius fieri potest. probatum est enim q̄ in rebus est dare aliquod ens purum potentiale: quod nullam importat actualitatem propriam. Est etiam dare in rebus formam infimam educibilem per naturam de potentia materie: est ergo dare in rebus ens purum potentiale transmutabile in formam infimam qui educi possit per naturam de potentia materie. Sed tali ente nullum potest esse inferius: quare illa possibilitas: que est transmutabilis in infimam formam est infimissima possibilitas. Infimissima autem possibilitate nullum ens potest fieri inferius: nec ens purum possibile: nec ens aliquam actualitatem importans. Et sic probatū est illud

Quintus articulus

quod in isto quinto articulo intendebamus. s. q̄ factum est aliquod ens non possibile esse per se: nec actualitatez aliquam importans: quo nihil inferius fieri potest: per dicta potest solui argumentum ad vtranq; partem.

Ad arg^m Ad illud q̄d primo arguitur q̄ ens distat a non ente in infinituz ꝛc̄. Dico q̄ illud argumentum male procedit. Si enim procederet sequeretur q̄ ens quantumcunq; possibili posset fieri inferius ens: quod concessimus esse falsum. Unde argumentum solutione indiget. Cum igitur dicitur q̄ inter ens: et non ens sunt infiniti gradus: dico q̄ falsum est. Inter enim ens maxime possibile ꝛ ipsum nihil: nullus gradus est: nec dicuntur ista distare in infinitum propter aliquem gradum in finitatem iter nihil: ꝛ illud maxime possibile. Sed quare ad faciendum quodcunq; certum ens non de aliquot requiritur infinita potentia. Non enim potest dici q̄ nihil habeat aliquam realem distantiam ad aliquid neq; finitam: neq; infinitam: nec aliquam proportionem potest habere ad quodcunq; ens: cum nullam dignitatem importet. Et hec est alia ratio quare quodcūq; ens dicitur distare a non ente in infinitum.

Ad op^m. Ad illud quod arguitur ad partem aliam q̄ materia prima est i potētia ad omnes formas generabilium ꝛ corruptibilium ꝛc̄. Dico q̄ verum est loquendo de possibilitate ad recipiēdum. Sed tamen nō transmutatur in ipsas formas: vnde manet ipsa essentia materie cōmunis in generato ꝛ corrupto: ꝛ est transmutationis naturalis primarium fundamentum. Unde oportet q̄ dicat aliquem actualitatis gradum: quamuis infimum ꝛ indeterminatissimum. Illud autem principium purum possibile quod est transmutabile in ipsam formam inferius est: cum nullam importet actualitatez propriam: nec potest vere esse in actu: nisi per actualitatem alienam: ꝛ sic patet quid debeat dici ad vtrum / que argumentum.

Onsequenter Queritur vtruz deus potuit nō predestinare illum qui predestinatus est.

Questio. VI.

Q.6. Arg^m. Videtur q̄ non: quare si potuit non predestinare illum qui est predestinatus: aut hoc potuit anteq; esset predestinatus: quod non fuit possibile: quia predestinatus fuit ab eterno: ꝛ ante eternum nihil: nec hoc potuit quādo fuit predestinatus: quia quod est quando est: necesse est esse: nec posteq; fuit predestinatus: quia tunc in voluntate diuina posset mutatio cadere: quod impossibile est.

Ex fine p̄mi p̄ber.

In op^m. Contra predestinatus potest non saluari: quia peccare potest mortaliter: ꝛ in peccato perseuerare: sed ille qui potest non saluari: potest non esse predestinatus: ergo deus potest non predestinare illum qui est predestinatus.

Distictio qōnis Ad intelligendum veritatez huius questionis: sic procedendum est. Primo videnda est natura predestinationis ex parte dei. Secundo natura connotati quod est finalis gratia ꝛ gloria. Tertio ordo istius ad principalem actuz.

Primus articulus ¶ Ad intelligentiam primi notanda est differentia inter prescientiam propositam: predestinationem: electionem. Que talis est: quia prescientia dicit precognitionez solum. Propositum vero importat precognitionem salutis istius: ꝛ voluntatem sue salutis. Predestinatio importat precognitionem salutis istius: ꝛ voluntatem sue salutis: ꝛ ordinationem predestinati i finem. Electio nō importat precognitionem salutis electi: ꝛ voluntatem

Hec distinctiue habes a magistro di. sue salutis: ꝛ distinctionem ipsius a suo oppposito: vnde prescire istum saluandum: est precognoscere simpliciter salutem ipsius. Propositum vero saluandi istum: est precognoscere istum saluandum: ꝛ ipsum velle saluare: predestinare vero istum: est precognoscere salutem ipsius: ꝛ velle ipsum saluare: ꝛ ordinare in finem. Eligere istum ab eterno: est precognoscere salutem ipsius: ꝛ velle ipsuz saluare: ꝛ distinguere ipsum a suo oppposito: accipiendo oppositum large prout se extendet ad malum: ꝛ minus bonum. Sic ergo patet q̄ predestinatio ex parte dei importat actum diuine cognitionis: ꝛ diuine voluntatis cum quadam relatione rationis ad salutem istius futuram. Sed ita est q̄ actus diuine voluntatis talis est q̄ sicut ipsa voluntas nostra absq; aliqua mutatione precedente in ea: exit in actum volendi: potest aliquid velle: vel nolle: ita actus voluntatis diuine absq; aliqua mutatione facta in eo potest in hoc obiectum: vel in eius oppositum: ꝛ sicut actus diuine cognitionis prescit res futuras esse eo modo quo future sunt: ita diuina voluntas vult bona futura esse eo modo quo futura sunt. Et hec de primo articulo dicta sint. ¶ Secundo videnda est natura connotati: quod est finalis gratia: ꝛ gloria. Dico ergo q̄ gloria istius futura quantum est ex parte sua: est quoddam futurum simpliciter: ꝛ absolute contingens: ꝛ similiter finalis gratia ē illud per quod predestinatus sequitur salutem. Connotatum ergo predestinationis absolute consideratum: est quoddam futurum simpliciter contingens. Et hoc de secundo articulo dicta sufficiāt. ¶ Tertio videndum est ordo istius ad principalem actum. Et dico q̄ ille ordo contingens est quod declarari potest ex duobus articulis precedentibus. Sicut enim dictum ē in articulo primo velle diuinū absq; aliqua sui mutatione potest in hoc obiectum: vel in eius oppositum. Item sicut dictum est in articulo secundo q̄ connotatum predestinationis absolute consideratum est futurum simpliciter contingens. Ex quibus sequitur q̄ quamuis actus diuine voluntatis simpliciter sit necessarius: ꝛ immutabilis: q̄ tamen ordo future finalis gratie istius: ꝛ glorie ad ipsum diuinum velle est contingens: quia ordo obiecti oppositi ad ipsum diuinum velle est possibilis: ex quo patet q̄ predestinatus potest non saluari diuisim accipiendo: hoc dico propter hoc: quia ista non stant simul: q̄ fuerit predestinatus ꝛ non saluabitur: sed possibile est: q̄ numq̄ fuerit ordinatus ad salutem. Et ita possibile est q̄ numquam fuerit predestinatus. Unde concedo q̄ deus potuit non predestinare illum qui predestinatus est: ꝛ potest deus facere q̄ nunquam fuerit predestinatus: tamen deus hoc nunquam faciet. Ista ergo consequentia est necessaria. Predestinatus est: ergo eternam salutem consequetur. ¶ Argumentum pro parte ista gratia concluſionis concedatur.

Ad illud quod arguitur in oppositum. Respondeo. Cum enim dicis: q̄ si deus potuit predestinatum non predestinare: aut hoc potuit anteq; esset predestinatus: quod non fuit possibile: quare predestinatus fuit ab eterno: ꝛ ante eternuz nihil. ꝛc̄. Dico q̄ deus potuit predestinatum nunquam predestinasse: ꝛ hoc ab eterno non ante eternum. sicut enim ab eterno predestinauit ipsum: ita ab eterno potuit non predestinare: sic placet aliquibus dicere de ista questione. ¶ Alius vero videtur esse dicendus q̄ deus non potuit predestinatuz nō predestinare: imtēto rationi facte pro hac parte: tñ possibile ē p̄destinatū saluē eternū nō ꝓsequi: sed hec possibilitas nunq̄ reducitur ad actum: quia consequentia necessaria est: predestinatus est: ergo saluabitur. Q; autem possibile sit predestinatum salutem eternam non consequi:

35. p̄mi ꝛ a doctore di. 4. art. 1. q. 2.

Predestinatio qd ex pte di

Scōs articulus

Cōnotatū p̄ destinationis quid

Ad hoc sco. m. 4. di. 1. quo ē vera in sensu diuiso: ꝛ falsa i sensu cōpōsito Respondeo qōni iuxta opinionē p̄mam. Ad op^m. Ad arg^m

Secūda opinio

non consequi: quamuis predestinatus non potuerit non predestinari. Declaratur sic. Predestinatus adepturus est salutem eternam mediantibus aliquibus causis secundis impedibilibus: vt mediante motu liberi arbitrij si est adultus: vel mediante susceptione sacramenti: si non est adultus: vel mediante sanctificatione per aliquam viam priuilegiatam. Ista autem impedire possunt: & ideo nō pōt salutem eternam non consequi. Ille ergo quez de⁹ predestinauit: sic predestinatus est: vt salutem eternaz consequatur contingenter. Unde & certissime salutem eternam consequetur: & tamen possibile est ipsum ipsam non consequi. Sic placet aliqs dicere de hac questione: via tamē pō: multis & magnis videtur securior. Et hec de ista questione sine preiudicio: & sine temeraria assertione dicta sint.

QOnsequenter Queritur vtrum filiꝰ dei potuisset assumere corpus sine anima.

Questio. VII.

Qó.7. Arg^m Ex notificatiōe p sone ꝑm Richar. li.2.de trinit.c.vlti. vbi theologos in 23.di.1. & in.3.d p^o In op^m.

QVidetur q̄ non: quia nulla creatura capax est personalitatis: nisi rationalis creatura. Corpus autem sine anima non est rationalis creatura & ergo non est capax personalitatis: sed filius dei non potuit assumere creaturam: nisi assumendo eam in vnitate persone: ergo non potuit corpus sine anima assumere.

Contra Augustinus super Joannez homelia. 47. post medium. Et refert etiaz magister tertio sententiarum distinctione. 21. cDoro ad tempus corpus & animam separauit: sed neuter a verbo dei: ergo postq̄ anima domini nostri iesu christi fuit a corpore separata: adhuc corpus manimatum remansit vnitum persone filij dei: sed qua ratione corpus inanimatum vnitū remansit: eadem ratione corpus inanimatum de potestate absoluta assumere potuisset.

Rñ^o Ad istam questionem Respondeo q̄ filius dei de potestate absoluta assumere potuit corpus sine anima: magis tamen decuit q̄ corpus animatum assumeret. Quod autem de potestate absoluta potuisset assumere corpus sine anima declaratur sic. Nulla creata substantia nata est existere in se: nisi per manutenentiam cause prime: hec propositio habetur ab Augustino super Genesim in pluribus locis. Habetur etiaz ab Auicenna sexto metaphysice sue: vbi dicit q̄ creatum eget datore sui esse semper & ꝛ essentialiter: quādiu habuerit esse: sed ita ē q̄ sicut influentia cause prime potest esse ad hoc vt res maneat: & nō vt operetur: ita potest esse ad hoc vt substantia existat in alio: & non existat in se ipsa: & si hoc esset: tunc non posset existere in semetipsa: & posset existere in alio. Potuisset ergo filius dei corpori inanimato suam influentiam subtrahere ad hoc vt existeret in semetipso: ipsa tamen fluentia assistente ad hoc vt existeret in ipso filio: vt in supposito. Quod si fecisset corpus manimatum assumpsisset. per hoc. n. nostram humanam naturam filius dei assumpsit: q̄ ipsa in semetipso: vt in supposito substantificauit. CArgumentum pro parte ista concedo.

Ad op^m. Ad argumentum in oppositum respondē duz ē. dicio. n. q̄ nulla creatura capax est personalitatis: nisi creatura rationalis ꝛc. Dico q̄ hec est distinguenda. Si. n. ita intelligatur: q̄ nulla natura creata potest esse persona nisi rationalis natura sit: verum est. Si autem intelligatur q̄ nulla natura creata: nisi rationalis possit substentari in persona sicut in supposito: sic falsum est. Si enim filius dei assumpsisset corpus manimatum: apse qui est persona fuisset suppositum illius corporis inanimati: & tamē illud corpus inanimatum non fuisset persona: quāuis suppositum illius esset ꝑsona. Et hoc de ista questione dicta sint.

QOnsequenter Queritur vtrum persona filij dei posset assumere simul plures naturas humanas.

Questio. VIII.

Qó.8. Arg^m. QVidetur q̄ non. Quia tunc vna persona esset plures homines: quod videtur impossibile. CContra filius dei est virtutis infinite: ergo qua ratione assumpsit vnam naturam humanam potuit plures naturas humanas simul assumere.

In opp^m

Ad istam questionem Rñdeo q̄ de potestate absoluta filius dei plures naturas humanas potuisset assumere si voluisset: & adhuc cum ista quam assumpsit aliam posset assumere si vellet: & hoc propter suā simplicitatem & immensitatem simul. sicut enim propter suam simplicitatem: & immensitatem simul est: ita hic totus q̄ alibi totus: ita dico q̄ propter suam simplicitatem & immensitatem simul ita est totus suppositum istius nature humane: quam assumpsit q̄ totus posset esse etiam suppositū alterius nature humane: ita natura humana quā assumpsit sibi remanēte vnita vt modo est. CArgumētum pro parte ista concedo.

Rñ^o

Ad op^m.

Ad argumentum in oppositum respondeo: cum enim dicis q̄ si hoc esset factum: tunc filius dei esset plures homines ꝛc. Dico q̄ si filius dei assumpsisset plures naturas humanas: q̄ tunc proprie loquendo non potuisset dici esse plures homines: nec vnus homo tantum: bene potuisset vere dici: filius dei est iste vnus homo: designato ipso: vt est suppositum huius nature. Item potuisset dici filius dei & iste vnus homo designato ipso vt esset suppositum alterius nature humane. Sed nec potuisset dici q̄ esset plures homines: nec vnus homo tantuz: & ratio hec est: quare nomine hominis intelligo naturam & suppositum: ergo plurale ipsius hominis plurificat naturam & suppositum: vnde cum esset vnum suppositum nō posset dici plures homines: preterea quare esset plures nature humane: non posset dici vnus homo tm. Et hec de tribus questionibus dicta sufficiant.

Ad arg^m

QOnsequenter Querit de deo per comparationem ad potentiam generādi videlicet. Utrū hec sit vera: deus non genuit deum.

Questio. IX.

Qó.9. Arg^m. QVidetur q̄ sic: quia deus filius non genuit deum patrem. CContra: contradictoria eius est vera ista scilicet deus genuit deuz: vnde in symbolo dicitur. Deum de deo: Lumen de lumine.

In opp^o

Ad istam questionem Respōdeo q̄ ista nō debet recipi: deus non genuit deum. Iste enim terminus: deus: quāuis in hoc habeat aliquid de ratione termini cōmunis: quia res significata per ipsum: predicabilis est de pluribus suppositis: scilicet de patre & filio & spiritu sancto: tamen quia res significata per ipsum non est multiplicabilis: nec in re: nec in intellectu vere apprehendente rem significatam per hunc terminum deus: dico q̄ plus habet rationem termini singularis: & quare termino singulari non differt negationem preponere & postponere. Unde iste equipollent: non sortes currit & sortes non currit: & planum est q̄ ista non est recipienda: non deus genuit deum: sequitur q̄ ista non sit recipienda: deus non genuit deum. Sensus enim est q̄ nullum suppositum quod est deus generat aliud suppositum qō est deus qō falsum est: quia pater qui est deus generat filiuz

Rñ^o.

qui est deus: ista tamen non deus genuit deum: magis expresse recedit a veritate: q̃ ista deus non genuit deus.

¶ Argumentum pro parte ista est concedendum.

Ad op^m. Ad arg^m

Ad argumentum in oppositum. Respõ deo. Cũ. n. dicit q̃ deus filius non genuit deum patrem: dico q̃ verus est: sed ex hoc non sequitur q̃ ista sit vera: deus non genuit deum. Ista. n. plus negat q̃ prima. non. n. tantus negat deum filium genuisse deum patrem: sed etiam negat deus patrem genuisse deum filium: qđ falsum est. pater. n. qui est deus genuit filium: qui est deus. Et hec de ista questione dicta sufficiant.

Consequenter veniendum est ad questiones q̃ fuerũt de deo: ratione humane nature sibi vnite: que fuerũt tres. Una fuit de natura humana iesu christi per comparationem ad nutrimentũ. Alie due fuerunt de natura humana iesu christi: per comparationem ad eucharistie sacramentum. De natura humana iesu christi per comparationem ad nutrimentum querebatur vna questio talis. Utrus cibus qui transmutabatur in corpus christi naturaliter: assumeretur a persona filii nostri iesu christi. Questio. X.

Qđ. to: Arg^m.

Videtur q̃ sic: quare naturaliter in carnes christi conuertebatur cibus: ergo ꝛ naturaliter mediãte carne: in quã conuertebatur in verbo dei sicut in supposito sustentabatur.

In opp^m

Contra sustantificari creaturam in supposito diuino supernaturale est creature nõ naturale.

De articulatio q̃stionis.

Ad videndum veritatẽ huius questionis: sic procedendus est. Primo videndum est qualiter cibus in carnes domini nostri iesu christi naturaliter conuertebatur. Secundo q̃ mediante toto suo caro in supposito filij dei sustẽtabatur. Tertio q̃ persone filij dei immediate vniebat. Quarto ex his respondebimus ad questionem. ¶ Q̃ autem cibus in carnes domini nostri iesu christi conuerteretur: videtur ex hoc: quare naturam humanam eiusdem speciei nobis cum habuit ꝛ virtutem nutritiuam eiusdẽz speciei. Ad virtutem autem nutritiuam spectat cibum conuertere in substantiam nutriti. Et sm q̃ dicit Dama. libro tertio. c. 14. q̃ diuina natura i christo permittebat carni agere: ꝛ pati: propria ergo virtus nutritiua in corpore domini nostri iesu christi cibum in substantiaz corporis cõuertebat: ꝛ hec actio erat naturalis: ꝛ hoc de primo articulo dicta sint. ¶ Secundo declarandum est q̃ caro genita de nutrimento in corpore filij dei mediãte toto suo: sustentabatur in diuino supposito. Et hoc patet sic. Certum est. n. q̃ corpus filij dei in diuino supposito substentabatur: ergo nutrimentum quod conuertebatur in ipsum postq̃ conuersum erat in corpus substantiam mediante ipso corpore sustentabatur etiam in supposito diuino inquantum caro generata de nutrimento: quantũ ad suum esse completum dependebat a sui existentia in toto: ꝛ hec sustentatio carnis generata de nutrimento: non erat per nouam actionem supernaturalem. Et hec de secundo articulo dicta sufficiant in p̃sentiarũ. ¶ Consequenter videndum est q̃ caro que est in corpore domini nostri iesu christi generabatur de nutrimento: non tãmodo sustentabatur in supposito filij dei mediante toto: sed etiam immediate sustentabatur in ipso. Quelibet enim pars ipsius nature humane in christo immediate vnita erat: ꝛ est diuino supposito. Unde quãuis diuinus suppositum assumpserit corpus propter animam: ꝛ partes propter totum: ꝛ ita anima fuerit quoddam medium cõgruitatis respectu vnionis corporis: ꝛ totum respectu vnionis partium: tamen sicut immediate anima sustentatur in verbo dei: ꝛ partes corporis immediate sustentantur in verbo dei: ita corpus immediate sustentatur in verbo dei. Unde cum caro genita de nutrimẽto post suam generationem: hoc est post conuersionem nutrimẽti in carnem esset pars domini nostri iesu christi mediante diuino supposito vniebatur: ꝛ in eo immediate sicut in supposito sustentabatur: sed hec vnio immediata erat per nouam assumptionem: qua a verbo dei supernaturaliter assumebatur: quãuis non assumeretur nisi propter totũ. Et hoc de tertio articulo dicta sint. ¶ Quarto ex his patet qđ dicendum est ad questionem. Dicendum est. n. q̃ partes corporis christi que fuerunt in eo per conuersionem nutrimenti in substantiam corporis fuerunt sustentate in supposito verbi dei mediante suo toto nõ per nouam actionem supernaturalem: sed per illam assumptionem qua filius dei assumpsit humanam naturam in ventre virginis: que actio fuit supernaturalis: ꝛ per naturalem conuersionem nutrimenti in substantiam illius corporis. Sed loquendo de illa vnione qua diuino supposito immediate vniebatur caro genita de nutrimento: sic dico q̃ hoc erat per nouam actionem supernaturalem: hoc est per nouam assumptionem: qua a diuino verbo assumebatur: quãuis eam assumeret propter suum totum. Et per hoc patet quomodo responderi debeat ad argumenta ad vtranq̃ partem.

Articulus ẽrtus risus^o ad q̃onem

Consequenter veniendum est ad questiones q̃ fuerunt de natura humana domini nostri iesu christi per comparationem ad eucharistie sacramentuz: que fuerũt due: vna fuit vtrum corpus christi sit in altari sm suam quantitatem naturalem. Secunda fuit vtrum illa opinio sit erronea que in sacramento altaris ponit panis materiam remanere. ¶ Primo ergo quero vtrum corpus christi: sit in altari sm suam quantitatem naturalem. Questio. XI.

Qđ. 11. Arg^m.

Videtur q̃ non: quia est ibi vt cibus spiritualis: ergo nõ est vtile q̃ sit ibi sm quantitatem naturalez.

Jn op^m.

¶ Contra corpus christi in sacramento altaris est corpus viuens organicum. Hec autem includunt naturalem quantitatem: ergo corpus christi est in altari sm suam quantitatem naturalem. ¶ Ad videndum veritatem huius questionis plenius. Primo videndum est in quid transubstantiatur substantia panis. Secundo in quid transubstantiatur substantia vini. Tertio concludam sub vtraq̃ specie esse totum christum cum dimensionibus suis. Quarto declarandum est per quem modum dimẽsiones ille se habẽt ad illas species. ¶ Quia tum spectat ad primum articulum dico: q̃ in sacramento altaris substantia panis transubstantiatur in substantiam corporis domini nostri iesu christi: non in animam intellectiuam: sed quia substantia domini nostri iesu christi non est separata a suis dimensionibus naturalibus: nec vnq̃ fuit separata ab anima post resurrectionem: ꝛ habet in se debitum sanguinem: ideo sub specie panis non tantum est substantia corporis: sed etiam sanguinis: ꝛ anima: ꝛ dimensiones naturales: sed substantia corporis ibi est per transubstantiationem substantie panis in ipsam: sanguis vero ꝛ anima ꝛ sua quantitas naturalis ibi sunt per concomitantiam. Et hoc de primo articulo dicta sufficiant. ¶ Quantum spectat ad secundum articulum ad presens dico: q̃ substantia vini in sacramento altaris transubstantiatur in sanguinem domini nostri iesu christi: non in dimensiones: nec̃ in animã. Et quia ille sanguis continetur intra corpus domini nostri iesu christi: ideo etiam sub specie vini est corpus domini nostri iesu christi: ꝛ quare nõ separat a sua ẽntitate nãli: ideo é ẽt ibi ẽntitas nãlis dñi nr̃i iesu xp̃i: ꝛ ẽre ea

domini

Aliquid quiescere in loco: est ipsum esse in loco eodē modo nunc: et prius. Si autez dicis q̄ esset ibi in instanti in actu: z non in tempore hoc probo q̄ esse nō potest: quia in eodem instanti duo contradictoria non possunt simul esse vera: sed esse: z non esse in eodem loco: contradictoria sunt: ergo impossibile est angelum adesse z abesse eidem loco in eodem instanti: tunc arguo sic: in aliquo ergo instāti adest illi loco. Sed ſm q̄ probatur sexto physicorum. Inter quelibet duo instantia est tempus medium: ergo inter instans in quo angelus adest illi loco: z inter instās in quo abest illi loco de necessitate est tempus medium: ergo si angelus est in aliquo loco in instanti in actu: sequitur de necessitate q̄ sit ibi in tempore: z sic ibi quiescit. Et hec ratio potest trahi a philosopho in octauo physicorum. Sic ergo patet q̄ angelus movens se de puncto ad punctum si debeat redire ad eundem pūctuz per eandem lineam oportet q̄ intercidat quies media: z patet ratio quare: q: aliter sequerentur duo contradictoria simul esse vera in instanti. ¶ Si forte dicas q̄ angelus movēs se ab a in b z reuertens a b in a non est in actu in b neq; in tempore: neq; in instanti: sed possibile est q̄ sit in b in potentia tantum: quia motus a b in a: z ab a in b potest esse vnus motus: z continuus. ¶ Contra predictam euasionem arguo sic. quilibet enim motus ab a in b z a b in a possit esse vnus motus continuus: ita q̄ motus ab a in b sit per vnam partem spacij: z motus a b in a per partem aliam: verbi gratia: ita q̄ per vnum semicirculum mobile moueatur ab a in b: z per alium semicirculum moueatur a b in a: tamen impossibile est q̄ fiat hoc per eandem partem spacy: siue fiat per semicirculum: siue per lineam rectam. Unde impossibile est q̄ mobile moueatur ab a in b per vnum semicirculuz: z reuertatur a b in a per eundem semicirculum vno motu continuo. Similiter dico si motus fiat ab a in b: z a b in a per eandem lineam rectam. Et hoc probatur facilius sic: q: ex duobus motibus contrarijs impossibile ē vnuz motum continuum constitui: sed motus ab a in b: z a b in a per idem spacium siue sit semicirculus siue linea recta sunt contrarij: ergo ex illis impossibile est vnum motum constitui: impossibile est ergo q̄ angelus moueat se ab a in b: z a b in a vno motu continuo: cuius contrarium supponebat euasio predicta. Et hec de secundo articulo dicta sint. ¶ Tertio ex hijs declarandum est quod tertio proponebatur declarandum: scilicet q̄ faba ascendens: z obuians lapidi molari descēdēti anteq̄ per eandem lineam reuertatur quiescet per se: nec tamen faciet lapidem molarem quiescere: quare in illo tempore quo quiescet per se: mouebitur per accidens per motum lapidis molarij. Q̄s autem anteq̄ reuertatur: quiescat per se probari potest per primum articulum: z secunduz si per eandem lineam reuertatur. Unde vide diligenter q̄ in primo articulo probatum est z in secundo: z videbis q̄ faba non potest ascendere: z descendere quin inter ascensum z descensum quiescat per se: h per eandem lineaz fit ascensus z descensus: Q̄s etiam hoc non obstante non faciat lapidem molarem quiescere per hoc: q̄ in illo tempore: in quo gescit per se: mouetur per accidens per motum lapidis molarij: declarari potest per exempluz. Si enim proiciatur sagitta sursum: z infigatur lapidi molari descendēti: illa sagitta per se quescet: z tamen semper mouebitur per motum lapidis descendentis: ita dico q̄ faba ascendens cum attingit lapidem descendentem: z iungitur ei in illo tempore quo quiescit per se mouetur per accidens: hoc est per motum lapidis descendentis. Scio enim q̄ nullum est inconueniens aliquid sibi quiescere per se: z moueri per accidens: z sic patet quid dicē dum sit ad questionem. ¶ Dicendum est q̄ faba sursuz proiecta: z obuiās lapidi molari descendenti anteq̄ per eandem lineam reuertatur: quiescit per se: in illo tamen tempore quo per se quiescit: mouetur per accidens: scilicet per motum lapidis molarij descendentis. Unde nō oportet q̄ per obuiationem fabe lapis quiescat. Ex hijs que dicta sunt patere potest quid dici debeat ad vtrumq; argumentum. ¶ Primum enim argumentum quod probat q̄ faba quiesceret: cōcludebat de quiete per se. aliter enim non valet.

Ad arg^m

Argumentum autem quod erat ad partem aliam: concludebat q̄ oportebat ipsam fabam semper moueri vel per se: vel per accidens: quare aliter faceret lapidem molarem quiescere: bene autem concessum est q̄ illo tempore quo faba quesceret per se moueretur nihilominus per accidens per motum lapidis molarij. Et hec de predicta questione dicta sufficiant.

Ad op^m.

Questio. XVII.

Q̄s. 17.

Qonsequenter queritur vtruz in comestione debeant preponi grossa aut subtilia. ¶ Et videtur q̄ subtilia preponi debeant: z grossa postponi. Videmus enim q̄ fructus qui sunt valde grossi sicut pira: escula: coctonia ſm medicorum consilium magis expedit postponere: cāq̄ preponere in comestione: ergo pari ratione ita est de aliis grossis. ¶ Preterea illa debent postponi in comestione que magis faciunt cibum descendere ad fundum stomachi vbi maxime viget digestio. Sed illa cibaria que sunt magis ponderosa magis faciunt cibaria descendere ad funduz stomachi: grossa autem cibaria magis sunt ponderosa cāq̄ subtilia: ergo magis faciunt cibum descendere ad fundum stomachi: ergo primo subtilia sumi debent in comestione.

Arg^m p^m

Secūdū

Contra quanto cibaria duriorie sunt digestionis: tanto magis poni debent: vbi viget fortior digestio: sed fortius viget digestio in fundo stomachi: cāq̄ in ore: ergo cibaria duriorie digestionis illo ordine comedi debent: quo facilius possint ad fundum stomachi attingere: sed cibaria que primo sumuntur: facilius attingunt ad fundum stomachi: cāq̄ illa que sumuntur postre mo: ergo cibaria duriorie digestionis primo sumi debēt in comestione: cāq̄ grossa cibaria duriorie digestionis sunt. cāq̄ subtilia: ergo preponi debent in comestione.

In opp^m

Ad istam questionem respondeo q̄ cibariorum q̄dam sumi debent causa nutrimenti: z quedam causa medicamenti loquendo de cibarijs que sumuntur causa nutrimenti regulariter. Uerum est q̄ primo debent comedi grossa: cāq̄ subtilia: vt pisa: holera: panis grossus: carnes grosse preponi debēt pani subtili: z subtilioribus carnibus: z alijs subtilibus cibarijs: que sumuntur per viā nutrimenti. Hoc propter meliorem digestionem: z propter meliorem egestionem: z propter meliorem digestionis proportionem: z propter appetitus conseruationez. ¶ Propter meliorem digestionem: dico quia calor digerēs maxime viget in fundo stomachi: minime in ore stomachi. Grossa autem fortioris sunt digestionis cāq̄ lenia: vnde si lenia primo sumerentur: ita q̄ attingerent funduz stomachi: z grossa postea: lenia adurerentur grossis remanentibus indigestis: z ita non esset debita digestio neq; grossorum: neq; subtilium: ideo ergo preponenda sunt grossa: vt quare sunt dura fortiori calore digerātur: lenia autem quia multum sunt digestibilia minori calore digerantur. ¶ Dico etiam q̄ hoc fieri debet propter meliorem egestionem: quia ista grossa ratione sue ponderositatis: z grossitie vias aperiunt: z melius descendūt: z ita fecibus que remanent ex subtilibus cibarijs viam preparant ad descensum. Econtrario autem cibaria subv

Rñ^o

Libi grossa sumēdi pp nutrimētū: quare subtilib^9 i comestione preponēdi sūt.

T.c.2.

T.c.64. z inde

Euasio

Instātia

Tertius articulus

Exēplum de lapide molari

tilia:ꝛ propter sui leuitatem:ꝛ propter hoc:ꝙ pariꝫ habent de fecibus magis tenent ventrem:nec ita bene elargiant vias:nec præparant ad hoc ꝙ feces facilius descendere possint. ¶ Dico ꝙ hoc debet fieri propter meliorem proportionez digestionis. Melior enim est digestio nis proportio:quando cibaria simul digeruntur:q̄ cum quedam cito digeruntur:alia autem remanentibus indigestis vsq; ad magnum tempus postea:sed quādo subtilia præponuntur ꝛ grossa postponūtur:tunc subtilia ciſſime digeruntur:ꝛ propter magnum caloꝛem:qui est i fundo stomachi:ꝛ quare sunt multuꝫ digestibilia:ꝛ grossa quando postponuntur tarde:ꝛ digeruntur:tum quia sunt de difficili digestibilia:tum propter debilem caloꝛez qui est in ore stomachi:ꝛ prope:quando autem grossa pponuntur:tunc est quedaꝫ proportio:quia si grossa sunt de difficili digestibilia cōtra hoc est magnus caloꝛ in fundo stomachi. Similiter quātus sit parꝫus caloꝛ circa os stomachi contra hoc respondet facilitas ad digerendum in subtilibus cibarijs:ita ꝙ quasi simul potest compleri digestio per fortem caloꝛez in grossis cibarijs prius sumptis:ꝛ digestio per debilem caloꝛem in subtilibus cibarijs posterius sumptis:ꝛ sic patet ꝙ præponere grossa subtilibus facit ad melioꝛez proportionē digestionis. ¶ Dico etiam ꝙ facit ad appetitus conseruationem:ꝛ ex consequenti ad melioꝛem nutritionez: quia quod melius sapit ceteris paribus:melius nutrit. Q̄ autem hoc faciat ad appetitum conseruationez patet. Post enim consumptionem grossoꝝ cibarioꝝ adhuc bene sapiunt subtilia propter hoc quia sunt multum sapida:quantum est ex se:sed post sumptionem cibarioꝝ subtiliū:minus sapiunt grossa propter hoc ꝙ non sunt multum sapida quantum est ex se:ꝛ adhuc in comparatione nobiliorꝝ sapoꝛis:qui præcessit minus videntur sapida: sicut etiam esset de potu vnde dicit saluator in euangelio ſm ſdam chum. Nemo bibens vinum vetus statiꝫ vult nouum. dicit enim vetus melius est. Si ergo præponuntur grossa:tunc tam grossa q̄ subtilia acciptiuntur cum sapoꝛe: grossa propter magnam famem: ꝛ subtilia propter magnum eoꝝ sapoꝛem cum aliqua fame. ¶ Si autem loquamur de grossis cibarijs:que debent sumi non per viam nutrimenti:sed medicine sicut est caseus esculum: purum:coctoniuꝫ:ꝛ siqua sunt similia:sic dico:ꝙ talia grossa cibaria debent postponi in comestione:quia postposita iuuant ad digestionem:inquantuꝫ ratione sue ponderositatis faciunt cibaria prius sumpta ad fundum stomachi descendere:si autē præponerentur in comestione essent in nocumentum virtutis expulsiue:ꝙ talia habent vias stringere:ꝛ ita expulsionem impedirent. Cum autē postponuntur hoc nocumentum non faciunt expulsiue: loquendo ergo de talibus grossis cibarijs:dico ꝙ regulariter debent postponi in comestione. Et dico ꝙ regulariter:quia in aliquo casu debent præponi:sicut cum expediret primum fluxum ventris stringere. Et quia hec quæstio magis spectat ad medicos:ideo que de hac questione dicta sunt saluo meliori iudicio dicta'sint. Ex his patet quomodo debeamus respōdere ad arguméta. ¶ Ad illud quod primo arguitur ꝙ grossa postponi debēt: patet ex dictis solutio:quia nō est simile de ipsis fructibus qui postponuntur in comestione:ꝛ de aliis cibis que sumi debent per viam nutrimenti. ¶ Ad illud quod secūdo arguitur q̄ grossa faciūt magis cibum descēdere ꝛc. Dico ꝙ propter hoc ꝙ grossa faciunt cibum magis descendere:ideo expedit ꝙ illa cibaria que sumi debent p viaꝫ non nutrimenti:sed medicamenti: que ratione sue ponderositatis faciunt cibuꝫ descendere postponantur. De cibarijs autez grossis:qui sumi debent per viā nutrimenti:ꝛ que faciunt expulsiue mediocrem præparationem non sic dicendum est. non enim tantum facerent de bono in faciendo cibum descendere postposita etiam: quātum facerent præposita:sicut ex his que in corpoꝛe questionis dicta sunt patere potest. Debes tamen scire ꝙ nō semper expedit leuem cibum esse in fundo stomachi: ꝛ tanta digestibilitas in cibo leui:ꝙ existens in fundo stomachi adureretur.

Argumentum qō fuit ad oppositum proce dit de grossis cibarijs: que sumi debent per viam nutrimenti. Et sic patent solutiones ad argumenta. Quæstio. XVIII.

Ad op^m.

Qō.18.

Postea quæritur vtruꝫ melius sint dispositi ad scientiam nani q̄ gigātes:ꝛ pui q̄ magni. ¶ Et arguebat ꝙ magni essent minus dispositi ad scientiam:q: cōmune prouerbium habet. Nec paruos vt i pluribus esse humiles:nec magnos vt i pluribꝰ esse sapiētes:sed ſm quod dicit philosophus in eth. libro septimo. c. 14. fama omnino non perditur. Videtur ergo ꝙ magni sint magis indispositi ad scientiam. Ex quo fama de hoc est.

Arg^m.

Contra parui tas videtur esse in corpoꝛe ex grossitie ꝛ siccitate materie:sed talis materia videtur reddere hominem indispositum ad scientiam: ergo parui maxime videntur indispositi ad scientiam.

In opp^m

Ad videndum veritatē huius quæstionis:sic p cedendū ē. Primo videndum est correspondentia quattuoꝛ famosoꝝ complexionum quattuoꝛ elementis: ꝛ quattuoꝛ temporibus ꝛ quattuoꝛ humoribus. Secundo ex hoc declarandum est que complexio magis apta ē ad magnitudinem corporalem. Tertio videndum est que complexio magis reddit hominem per se dispositum ad scientiam. Quarto videndum est que complexio reddit per accidens hominem magis dispositum ad scientiam. Quinto ex his declarandum est qui homines magis dispositi sunt ad formam:vtruꝫ magni vel parui. Sexto cōmouende quedam dubitationes ꝛ remouende. ¶ Quātum ad primum articulum sciendū est ꝙ quattuoꝛ sunt famose complexiones:scilicet melancholica que est frigida:ꝛ ficca:que respondet melancholie:que est humoꝛ frigidus ꝛ siccus:ꝛ terre que est elementum frigidum ꝛ siccum:ꝛ autumno qui est frigidus ꝛ siccus. Et est quedaꝫ complexio flegmatica que est frigida:ꝛ humida: que respondet flegmati que est humoꝛ frigidus:ꝛ humidus:ꝛ aque que est elementum frigidum ꝛ humidum:ꝛ hyemi que est frigida ꝛ humida. Et est complexio sanguinea: que est calida ꝛ humida:ꝛ respondet sanguini: qui ē humoꝛ calidus ꝛ humidus:ꝛ aer:qui est elementuꝫ calidū: ꝛ humidum:ꝛ veri qō est tempus calidum ꝛ humiduꝫ. Et est quedam complexio cholerica:que est calida ꝛ siccа:que respondet cholere:q̄ est humoꝛ calidus ꝛ siccus: ꝛ igni qui est calidus ꝛ siccus:ꝛ estati que est tempus calidum ꝛ siccum. In melancholicis ergo magis q̄ in aliis cōplexionibus est virtus conformis virtuti terre. In flegmaticis etiam magis q̄ in aliis complexionibus abundat virtus similis virtuti aque. In sanguineis etiaꝫ magis q̄ in aliis complexionibus ē de virtute simili aereꝰ. In cholericis etiam magis q̄ in aliis complexionibus prævalet virtus similis virtuti ignee. Et hec de primo articulo dicta sufficiant. ¶ Secundo hoc declarandū est: que complexio magis apta est ad magnitudinem corporalem. ¶ Ad cuius intelligentiam sciendū est:ꝙ ad magnitudinem corporalem requiritur materia bene extensibilis:ꝛ calidus bene extendens. Cū ergo est aliqua materia bene extensibilis ſm longitudinem tm̄: ꝛ calidum bene extendens:causatur magnitudo ſm longitudinez tm̄:magis q̄ ſm diuisiones alias ſm proportionem:cuiꝰ autez est

Diuisio q̄stionis.

Primus articulus

Quattuoꝛ cōplexiones q̄tuoꝛ humoꝝ: q̄tuoꝛ elemētoꝝ: q̄tuoꝛ tēporum.

Ad arg^m primuꝫ.

Ad 2^m.

Secūdus articulus

Que cōplexio sit magis apta ad magnitudinem corporalem.

aũt est materia bene extẽsibilis ſm oẽm dimensionẽ: et calidũ bene extendens: causatur mediocris quantitas ſm bonã proportionẽ longitudinis: et latitudinis: et spissitudinis. Cũ autẽ est materia multũ abundans: et excessiue extensibilis ſm omnẽ dimensionẽ: et calidũ fortiter extẽdens: causatur excessiua quãtitas ſm oẽm dimensionẽ. Cũ autẽ est materia male extensibilis ſm omnẽ dimẽsionẽ: et calidũ debiliter extendens causatur parua quantitas ſm omnẽ dimensionẽ. Nunc autẽ ita est q̃ materia multũ subtilis bene apta est ad dimensionẽ ſm longitudinẽ non tñ ita bene extensibilis ſm latũ et spissum: cuius est materia tenuis: et ficca. Materia autẽ mediocriter subtilis: que est mediocri humiditate permixta: mediocriter est extensibilis ſm omnẽ dimensionẽ proportionaliter. Materia autẽ abundans grossa et humida excessiue ẽ extensibilis ſm omnẽ dimensionẽ: ita tñ q̃ magis est extẽsibilis vltra terminũ debitũ spissitudinis: et terminũ debitũ latitudini: quã vltra terminũ debitum longitudinis. Materia autẽ grossa et ficca male est extensibilis ſm omnem dimẽsionẽ. Sicut autẽ patet ex primo articulo q̃nio cholerica cõplexio ẽ calida et ficca correspõdẽs igni: in qua preualet humor calidus et siccus: ex quo patet q̃ in cholerica cõplexione ẽ materia tenuis: et ficca: et ita bene est extensibilis ſm longitudinẽ: non tamen bene est extensibilis ſm latitudinem: et spissitudinẽ: qua propter cholerica complexio reddit hominem aptũ ad magnã dimensionẽ longitudinis non tamen ad magnã quantitatem latitudinis: et spissitudinis: vnde cholerici vt in pluribus habent membra longa et gracilia: et in corpore eorum maior est ſm suam proportionem dimensio longitudinis q̃ latitudinis: et spissitudinis: et dico ſm suã proportionem: q̃ in omni homine: nisi fiat error nature maior est dimensio longitudinis q̃ latitudinis: vel spissitudinis. Sanguinea autem complexio est calida et humida correspondens aeri: in qua plus est de humore calido: et humido: q̃ in aliis complexionibus. Vnde patet q̃ in sanguinea complexione est materia mediocriter subtilis et humida: et ita bene extensibilis mediocriter et proportionaliter ſm omnem dimensionem: qua propter sanguinei vt in pluribus mediocris sunt quantitatis: et bene proportionate ſm omnem dimensionem. Flegmatica autem complexio frigida est et humida correspondens aque: in qua dominatur humor frigidus et humidus qui est grossus cum multa humiditate. Vnde in flegmatica complexione est materia bene extensibilis ſm omnes dimensiones: magis tamen ſm dimensionem latitudinis: et spissitudinis loquendo proportionaliter. Vnde flegmatici vt in pluribus magni sunt ſm cõmunem dimensionem: tamen in eis dimensio longitudinis non est tanta ſm suas proportiones: sicut dimensio latitudinis et spissitudinis exemplum habeo de hominibus habitantibus in partibus que vergunt ad septentrionem. Melancholica autem complexio est frigida et ficca correspondens terre: in qua plus est de humore frigido et ficco: q̃ in aliis cõplexionibus. Vnde in melancholica complexione est materia grossa et ficca: et ita male extensibilis ſm omnẽ dimẽsionem: qua propter melancholici: vt in pluribus parui sunt ſm omnem dimensionem habentes complexiones compactam ſm quandam similitudinem terre. ¶ Sic ergo patet q̃ complexio cholerica multum apta est ad quantitates longitudinis naturalẽ non tamen ad quantitatem longitudinis et spissitudinis. Sanguinea autem complexio bene apta est ad mediocrem quantitatem bene proportionatam: ſm omnem dimensionem. Flegmatica autem complexio bene apta est ad notabiles magnitudines ſm omnem dimensionẽ: non tamen bene proportionatam: q̃ in eis maior est spissitudo: q̃ exigat eorum longitudo ſm rectam proportionem. Melancholica autem complexio non est bene acta: nec ad magnam longitudinem: nec ad magnam latitudinem: nec ad magnam spissitudinem. Et hec de secundo articulo questionis dicta sint. ¶ Tertio videndum est que cõplexio magis reddat hominem dispositũ per se ad scientiã. ¶ Ad cuius intelligentiam sciendũ est q̃ cholerici per se maxime sunt dispositi ad scientias: deinde sanguinei. Indispositi autem ad scientiam per se in respectu predictorum sunt flegmatici: et melancholici: magis tamen flegmatici sunt indispositi ad scientiam per se: q̃ melancholici: hec autem narrata probo sic. Duo sunt que reddunt hominem indispositum ad scientias per se: vel aggrauatio anime per corpus: cui consonat illud verbum sapientie nono. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: et etiam grossities spirituum: et magis eorum que sunt in medio cerebri ventriculo. ¶ Econtrario duo sunt que reddunt hominem per se bene dispositum ad scientiam scilicet parua aggrauatio anime per corpus: et subtilitas spirituum existentium in medio cerebri ventriculo. Vnde dicit Constabulinus in libro de differentia spiritus: et anime sic. Spiritus autem qui est in eo spacio: idest in ventriculo medio est in hominibus diuersus. In quibusdã enim est subtilis: et clarus: et hic erit rationalis: et cogitans dispositibilitatẽ: et bone cogitationis. In quibusdã enim erit econuerso. erit itaq̃ talis hic amens: irrationalis: letus: aut q̃ stultus. Nunc autem ita est q̃ complexio cholerica: cum sit tenuis: et rara: minus aggranat animam q̃ alie complexiones alie. ¶ Item cum ad subtilitatem spiritus: concurrat subtilis materia tanq̃ passiuum: et fortis calor tanq̃ actiuus: et hec duo magis sunt in complexione cholerica: q̃ in aliis complexionibus: sicut in precedenti articulo patere potest. Sequitur q̃ complexio cholerica magis reddit hominem dispositum ad scientiam q̃ complexiones alie. Et quia post complexionem cholericam minus aggrauatur anima a sanguinea complexione: q̃ in aliis complexionibus: propter hoc q̃ in cõplexione sanguinea est materia subtilior et calor maior: et ex consequenti subtiliores spiritus: ideo post complexionem cholericã complexio sanguinea magis reddit per se hominem dispositum ad scientiam. ¶ In flegmaticis autem quamuis non sit materia per se ita grossa: sicut in melancholicis tamen quia in flegmaticis est humiditas multa et grossa: et talis humiditas hebetat calorem: ideo in flegmaticis magis obtusus est calor: et hebetatus q̃ in melancholicis: qui sunt ficci: et ideo quamuis in ratione materie magis essent indispositi ad scientiam melancholici q̃ flegmatici: tamẽ ratione caloris est econuerso. Et quia grossities spirituum magis dependet ex obtusione: et hebetatione caloris generantis q̃ ex grossitie materie ꝺ qua generatur: ideo omnibus computatis magis sunt i dispositi per se ad scientiam flegmatici: q̃ melancholici. Et hec de tertio articulo questionis dicta sint. ¶ Quarto est videndum q̃ complexio reddit per accidens hominem magis dispositum ad scientias. Et dico q̃ illa cõplexio est melancholica: quia melancholica complexio reddit hominem cogitatiuum: hoc est inquisitiuum et frequentis et profunde cogitationis: et ista sunt que multum valent ad acquisitionem scientie: quia profunda et inquisitiua cogitatio disponunt ad intelligentiam: sicut dicit philosophus in libro de memoria et reminiscentia. Meditationes memoriam in reminiscendo saluant. Reddit etiam melancholica hominem solicitum: quod multum valet ad acquisitionem scientie: retrahit etiam melancholica complexio a multis que impediunt scientiam: sicut sunt lasciuia carnis: et multe alie vanitates mundane. Et hec de quarto articulo huius questionis dicta sufficiãt.

Tertius articulus

Duo reddunt hominẽ aptũ ad scientiam.

Circa medium.

Quartus articulus

Quintꝰ articulus ad qnez rñsiuus

¶Quito ex his declarādū ē q boīes magis sunt dispoſiti ad scientiam: vtrum magis: vel parum. Patet enim ex dictis in secundo articulo q cholerica complexio maxime disponit per se ad magnitudinem ſm longum non ſm latum: nec ſm ſpiſſum. Et in tertio articulo declaratum est etiaz q cholerici maxime dispoſiti sunt per se ad scientiaz: et ex consequenti patet q magni ſm dimenſionem longitudinis: et parui ſm alias duas dimenſiones: maxime vt in pluribus et per se sunt dispoſiti ad scientiam: cum etiam declaratum sit in articulo secundo: q melancholica complexio reddit hominem per se indispoſitum ad scientiā: ex hoc patet q parui ſm omnes dimenſiones non sunt ita dispoſiti per se ad scientiaz sicut sunt magni ſm dimenſionem longitudinis. Et cum declaratum sit in quarto articulo q multi maxime sunt dispoſiti per accidens ad scientiam: sequitur q parui ſm omnē dimenſionem sunt maxime dispoſiti per accidens ad scientiam. Cum autem declaratum sit in secundo articulo q complexio flegmatica maxime disponit ad magnitudinem ſm omnem dimenſionem: et declaratum sit in tertio articulo q illa complexio minime reddit hominem dispoſitum per se ad scientiam: et minus q̄z melancholica complexio: patet q notabiliter magni ſm omnem dimenſionem minime dispoſiti sunt ad scientiam. Cum autem declaratuz sit in secundo articulo q sanguinea complexio disponit ad mediocrem quantitatez bene proportionatam ſm omnem dimenſionem: et declaratum est in tertio articulo q illa complexio poſt cholericam reddit hominem maxime dispoſitum per se ad scientiam: patet q mediocriter magni: et bene proportionati ſm omnem dimenſionem maxime sunt per se dispoſiti ad scientiam poſt illos qui sunt magni ſm longitudinem: et non ſm quaſlibet dimenſiones. Hij enim sunt magis dispoſiti per se vt in pluribus ad scientiam q̄z omnes alij. Secundo mediocriter magni: et bene proportionati ſm omnez dimenſionem male sunt dispoſiti per se ad scientiam. Sed peius illi qui sunt notabiliter magni ſm omnem dimenſionem. Et hec de quinto articulo dicta sint. ¶Sexto mouende sunt quedam dubitationes: et remouende ſuper predictis. Poſſet enim aliquis dubitare de hoc qđ dictum est i articulo primo q cōplexio sanguinea reſpōdet veri: cum illa complexio sit nobiliſſima: et in vere in firmitates generatur. Et hec dubitatio faciliter remouetur: q infirmitates que sunt in vere sunt propter tempo risbonitatem. Et hoc enim q natura adiuuatur beneficio temporis inſurgit ad expellendam malam materiaz que in corpore erat latens: et in illa repugnātia nature cōtra malam materiam sentitur afflictio. ¶Poſſet etiam aliquis dubitare de hoc: quod cunq̄z est in articulo secūdo q complexio melancholica minime apta est ad magnitudinem corporalem ſm omnem dimēſionem: tamē quandoq̄z inueniuntur multi melancholici cum corpore valde magno. Et hec dubitatio faciliter remouetur: q corpora humana melancholica sunt aliquando valde magna: hoc accidit ex multa abundantia materie: quando autem dicimus q complexio melancholica est minꝰ apta ad magnitudinem corporalem: q̄z complexiones alie: hoc dicimus ſuppoſita equalitate materie: quia tantum de materia ſanguinea magis est extenſibilis: q̄z tantum de materia melancholica: ſic dico de materia cholerica: et de materia flegmatica: q quelibet illarum aptior est ad maiorē extenſionem: q̄z materia melancholica: ſuponendo q non ſit plus de materia melancholica: q̄z de flegmatica: vel cholerica. Accidit etiam quāndoq̄z q cholerici quantum ad complexionem naturalem fiunt melancholici accidenter propter nimiam aduſtionem cholere: ita inueniuntur magni ſm dimenſionem longitudinis quandoq̄z melancholici. Poteſt etiam contingere q aliqui habentes corpora ſanguinea: vel flegmatica: vel cholerica: habent tamen materiam melancholicam in organis ſenſituariuꝫ interiorum: per quam in actibus ſuis ſic ſe habent: vbi videtur quandoq̄z ac ſi totius corporis complexio melancholica eſſet. ¶Poſſet etiaz aliquis dubitare de hoc quod dictum est in articulo tertio q cholerici magis sunt dispoſiti per se ad scientiam q̄z ſanguinei: et q̄z flegmatici. Cum enim dicat philoſophꝰ ſecundo de anima. Molles carne eſſe aptos mente. Hūc autem ſanguinei et flegmatici videntur carneos molliores habere q̄z cholerici: quia molliciei per naturam humida videtur eſſe: et complexiones iſte humide sunt. Cōplexio autem cholerica ſicca est. Et hec dubitatio faciliter remouetur per diſtinctionem mollium carnium. Est enim in carne quedam mollities aquea: et hec mollities est in carnibus mulierum et hominum flegmaticoruꝫ: et hec non reddit hominem aptum ad scientiam. Et est in carne mollities aerea: et hec est mollities carnium ſanguinearum: et hec mollities reddit hominem aptum ad scientiam: et est quedam mollities aliquando in carne que est quaſi mollities ignea: et hec mollities est per naturaz raritatis: et hec mollities reddit hominem aptiſſimum ad scientiam: et hec mollities est in carnibus cholericis. Et cum ego nomino mollitiem aqueam aeream: et igneam: non intelligo q ſit per naturam vere aque: veri aeris: vel veri ignis: ſed per naturam qualitatum ſimiliuz qualitatibus predictorum elementorum: niſi vellet tenere illam opinionem: que ponit q elementa ſunt in mixto ſm ſuas veras eſſentias incompletas tamen. ¶Poſſet etiam aliquis dubitare de hoc quod dictum est in eodem articulo q melancholici non sunt per ſe bene diſpoſiti ad scientiam: cum videamus quoſdam melancholicos eſſe ſubtiliſſimi ingenij. Et hec dubitatio faciliter remouetur per hoc q quandoq̄z contingit melancholicis in omnibus alijs partibus corporis habere in omnibus organis virtuꝫ ſenſituariuꝫ interiorum complexionem ſimilem illi: quā cōmuniter habent cholerici: et ſanguinei in locis illis. Nec miruꝫ q accidit quandoq̄z homineꝫ vnius complexionis habere aliquod mēbrū cōplexionis diuerſe: q ēt inueniatur melācholici ſubtiliſſimi ingenij: hoc eſt perſepe: per hoc q cholerici fiūt melācholici accidēter propter aduſtionē cholere. De illis aūt nō nego: quin ſint multi apti ad ſciētiaz: ſed intelligi hoc de melācholicis nāluer: ſi nō diſcordat cōplexio: quā habēt in organis virtuum ſenſituarium interioꝝ ab illa corporis complexiōe. Illi. n. ſunt minime apti per ſe ad ſciam. Ex predictis poteſt patere riſio ad argumēta in vtranq̄z partem. Et hec de predicta queſtione dicta ſint.

Dubium tertium

L.c. 94.

Et° rñ°.

carnis triplex mollitie

Dubium quartum

Sextus articulus Dubiuz primum Jnfirmitates q̄re ſi vere generātur. Rñ°.

Dubium ſecunduz

Et° ſolo.

Queſtio. XIX.

Qd.19.

QOnſequenter queritur vtrum anima corpi corruptibili coniuncta ſemper per ſe intelligat.

Arg°.

QVidetur q̄ ſic per Augu. decimo libro de trinitate.

In opp°.

QContra intellectiua nō reducitur: de potentia ad actuz: niſi per receptionem ſpeciei: ſed non ſemper habuit ſpeciem: quia ſm philoſophum tertio de anima. Creatur vt tabula raſa in qua nihil eſt actu ſcriptum: ergo anima non ſemper ſe intelligit.

L.c.14.

Rñ° L.c.23. Alia corpi corruptibili coniuncta nō ſe ſe intelligit

Respondeo: dico q anima corpori corruptibili coniuncta non ſemper ſe intelligit. Sicut enim dicit philoſophus ſecundo de anima. In cognitionem actuum deuenimus per cognitionem obiectorum: et per cognitionem actuum deuenimus in cognitionem potentiarum: et per conſequens in cognitionem eſſentie:

nem essentie:sed anima non semper cognoscit actum suum. Non enim semper intelligit se intelligere: hoc docet experientia:ergo non semper cognoscit seipsam. ¶ Preterea ſm philosophum quinto topicorum. Magis scimus quid ignis q̃ quid anima: sed nescimus quid est ignis nisi per argumentationem. tantum enim scimus de quiditate ignis naturaliter: quantum possumus concludere per proprietates eius. Unde etiam si velimus diffinire ignem:diffiniemus ipsum in respectu ad proprietates accidentales: dicendo q ignis est aliquid natum per se exigere aptum natum subici extensioni & caliditati & siccitati:& sic de proprietatibus aliis. Ergo multo fortius nescimus quid est anima nostra nisi per argumentationem procedendo ab obiecto ad actum ab actu ad potentiam:a potentia ad essentiam. Sed anima non semper est in isto actu arguendi:ergo anima nostra non semper intelligit seipsam. ¶ Preterea anima est forma substantialis corporis humani: per quam homo reponitur in specie:sicut declaratus est in quadam questione:quam disputaui:que est hec:vtrum forma per quam homo reponitur in specie educatur per naturam de potentia materie:sed forma non tantummodo impeditur in operatione sua propter ineptitudinem materie: in quã agit:Sed etiam propter ineptitudinem materie: quam perficit. Unde est q̃ anima nostra propter ineptitudinẽ corporis:cuius est substantialis perfectio impeditur in sua operatione. Sua autem operatio est intelligere ratione potentie intellectiue:& ideo impeditur in actu intelligendi propter ipsius corporis ineptitudinem:qua propter dicit philosophus primo de anima q̃ intelligere: & cõsiderare cõsumuntur alio quodam interius corrupto:ipsum autem impossibile est:in quo notat philosophus q̃ etiã si intellectus sit incorruptibilis quantũ ad sui essentiam:quia tamen operatio sua que est intelligere corrumpitur propter corporis ineptitudinem:anima ergo nostra non per se intelligit se:nec aliud. ¶ Preterea ſm quod dicit philosophus.3. de anima nequaq̃ sine phantasmate intelligit anima: quod intelligendum est naturaliter dum actu est corporis corruptibilis forma vnde illud verbum de lege cõmuni est intelligendũ. Phãtasma est aũt illud per quod dirigit virtus sensitiua interior in sui operationẽ:sine ergo ministerio alicuius virtutis interioris sensitiue:vt forte sine ministerio illi⁹ virtutis sensitiue:que vocat cogitatiuo:vel alicuius alterius intellectus noster corpori corruptibili coniunctus naturaliter:& de lege cõmuni nihil intelligit:cum ergo cõtingat illas virtutes corrumpi in suis actibus:ex q̃ sunt organice virtutes cõtingit ex cõsequenti in nobis actionẽ intelligibilẽ corrũpi:sicut patet in lesionibus:in quibus accidit lesio:per quã corrupta sunt organa illarum virtutum quos vsu intelligendi oino carere percipimus: alia ergo nostra dum est corporis corruptibilis forma non semper se intelligit. ¶ Preterea ſm Auicẽ.sexto naturaliũ libro v.c.vij.loquente de viribus anime habemus sic scriptũ. Verissime enim scimus:q̃ harum virtutum alteram impedit alterã. Unde accidit q̃ vna in tantũ potest extendi in actu suo q̃ altera totaliter ab actu suo impeditur: & hec est vna ratio:quare alia in sõnio quãdo est perfecte dormiẽdo nõ habet vsum intelligẽdi naturaliter:propter hoc q̃ vires corporis regentes munus mtẽduntur circa regimẽ corporis:ex quo patet q̃ anima in dormiente perfecte nõ se intelligit. Sic ergo ex predictis patet q̃ anima nostra dum est corporis corruptibilis substãtialis forma actu perficiẽs corpus non semper se intelligit: planũ est q̃ non semper se cognoscit:q̃ non sic potest per aliud potentias cognoscere semetipsam sicut per potentiam intellectiuam.

quolz.1. q.12.

L.c. 65.

L.c.30.

Argumentum pro parte ista gratia concluſionis potest concedi. ¶ Ad argumentũ in oppositum Respondeo. Cum enim arguit per Aug.dicentem.x.lib.de tri. versus finem q̃ ala semper se nouit:& semper se vult:& semper sui meminit. Et credo q̃ illud verbũ debet intelligi de notitia habituali:non actuali:sicut potest persuaderi per quedã verba Augu.xiij.de tri.c.vij.vbi dicit sic. Iste quẽ perspicio de geometria disputãtẽ etiam perfectus est musicus:nam & meminit eius discipline & intelligit & diligit eam: sed quãuis eam nouerit:& amet:tñ nunc illam non cogitat: qñ geometriam:de qua disputat cogitat:hinc admonemur esse nobis in abscõdito mentis rerum quarumdam quasdã notitias:& tunc quodãmodo procedere est in medium:atq̃ in cõspectu mẽtis:vel vt aptius constituti qñ cogitatur:tũc enim ipsa mens & meminit sc:& intelligere: & amare:inuenit: etiã vnde non cogitabat:qñ aliud cogitabat:vel vnde vtr nõ cogitauimus:& vnde cognoscere nisi cõmoniti nõ valemus: ideo voo nescio:quo eodẽq̃ muro modo:si põt dici scire nescimus: deniq̃ ratione ab eo qui cõmemorat ei quẽ cõmemorat dicitur:scio hoc:si scire te nescio commemorabor:& inuenies te scientem q̃ te nescire putaueras. Ex hac auctoritate apparet q̃ cum Augustin⁹ voluit q̃ ala semper nouit se q̃ accepit nosce pro scire:qõ est intelligere in habitu. Multa enim scim⁹ q̃ actu nõ intelligimus. Unde etiã phs dicit in top. lib. sco q̃ contingit plura simul scire:intelligere vero vnũ. Et sic patet soluto ad argumentum. Et hec de predicta questione dicta sint. Questio XX.

Ad op^m. Ad arg^m

c.24. Qõ.20.

Queritur vtrũ virtus moralis sit in appetitu sensitiuo:sicut in subiecto.

Videtur q̃ sic: q̃ virtus moralis est moderatiua passionũ quod manifestum est in fortitudine & temperantia:de quibus virtutibus intelligitur principaliter questio:ergo est vbi sunt passiones:sed passiones sũt in appetitu sensitiuo sicut in subiecto.

Arg^o

Contra ſm phm.ij.ethi. Virtus est habitus electiuus:ergo est in appetitu electiuo. Sed ille appetitus est voluntas non appetitus sensitiuus: ergo fortitudo & temperantia sunt in voluntate sicut in subiecto.

In op^m. c.5.

Ad istã questionem Respondeo q̃ virtutes morales: de quibus hic loquimur scilicet fortitudo & temperantia dicunt habitum in voluntate:& habitum in appetitu sensitiuo:& q̃ ille habitus: quem dicunt esse in voluntate principaliter habet rationem virtutis. Quod autem dicunt habitum in voluntate patet sic:quia ipsa voluntas in actu suo non tantum est mouens: sed etiam mota. Unde dicit Anselmus.in libro de concor. prescietie & liberi arbitrij q̃ voluntas est instrumentum seipsum movens:sed omne quod mouetur in quem mouetur est patiens: voluntas igitur in actu suo est actiua & passiua quouis ergo non habilitetur per actus suos inquantum sunt ab ea:habilitatur tamẽ per actus suos inquãtum sunt in ea:quare sic habet rationem aliquo modo patientis & multotiens potest moueri ſm rationis iudicium rectum circa obiectum fortitudinis:vel circa obiectum temperãtie cauetur in ea habitus quo redditur prõpta & expedita ad sic moueri: ergo restat q̃ fortitudo & temperantia dicunt aliquos habitus in voluntate.

Eadẽ qõ nẽ hẽt ab ẽ doctoi i.3.di.33. q.1. & a.1. bona. ibi dẽ.q.3. & a doctore subt. vbi supra. Volũtas ẽ passiua

¶ Preterea ſm philosophum in eth. Temperantia nobilior est q̃ continentia:quare temperatus habet passiones domitas. Cõtinẽs sit habet passiões idomitas. Certũ est ergo q̃ primũ dicit habitũ tantũmodo in volũ-

7.c.6.

tute : tunc arguo sic : si temperantia non dicit habitum in voluntate : tunc habitus qui est in appetitu sensitiuo tantummodo nobilior esset quam habitus existens in voluntate : quod irrationabile videtur. Restat ergo q temperantia dicat etiam aliquem habitum in voluntate. ¶ Preterea sm pm in poliri. Alia est virtus in seruo: et alia in dño: volentem dare intelligi q virtus q est in seruo ad exequēdū: vel obediendum mandato dñi nō est eiusdem rōnis cū virtute que est in dño ad imperandū ipsi seruo: sed sm pm nono metaphy. Totaliter dominatur in alia: et appetitus sensitiuus fuit. Unde dicit hec verba in antiqua traductione. Necesse est vt dicimus numerus sit aliud. Et dico q hoc est appetitus vel voluntas: ergo videtur q in sensitiuo appetitu ineſt alius habitus quo habilitatur ad obediendū imperio voluntatis: et alius habitus in voluntate quo habilitatur ad imperandū sm rectum rationis iudicium: videtur ergo q virtus moralis aliquem habitum ponat in voluntate ¶ Q; vere etiā dicat aliquem habitum in appetitu sensitiuo: videmus appetitum sensitiuū esse facile ad obediendum imperio voluntatis in moderamine passionum. Unde videmus in aliquibus per bonā assuetudinem in appetitu sensitiuo passiones esse domitas: et ita restat q i appetitu sensitiuo agenerātur aliqui habitus per bonaz assuetudinem: qua prōptiuo et expeditiuo obtēperat imperio volūtatis sm iudicium rectū rōnis. ¶ Q; autem ille habitus: quē dicit virtus moralis in voluntate magis habeat rationem virtutis q̄; ille quez ponit in appetitu sensitiuo potest declarari sic. Secundū eni q dicit philosophus: 2. ethicoz loquens de virtute morali. Virtus est habitus bonus qui habētem perficit: et opus eius bonū reddit: ergo virtus moralis etiā est in illo appetitu a quo actus principaliter sortitur rōnem bonitatis moralis: sed actus maxime sortiūtur bonitatē moralē in quantuz sunt a voluntate directa sm rectū rationis iudicium: ergo habitus existēs in volūtate principaliter sortitur rationem virtutis q̄; habitus existens in appetitu sensitiuo. ¶ Preterea p̄s scōs ethicoz. dicit q virtus est habit⁹ electiuus: ergo ille habitus qui est ficut in sbo in potentia per quā est electio plus habet de ratione virtutis : q̄; ille habitus qui est ficut in sbo in potētia per quam non est electio: potētia autem per quā eligimus est voluntas nō appetitus sensitiuus. Nō enim proprie loquēdo dicimus bruta habere electionē: cum in suis actibus necessitētur: et etiā videt appetitus sensitiuus necessitari posse Restat ergo q habitus existens i voluntate ficut i subiecto plus habeat de ratione virtutis q̄; habitus existens in appetitu sensitiuo: ficut in subiecto: immo forte vt magis proprie loquar habitus existens in appetitu sensitiuo magis pōt dici similitudo vel impressio virtutis q̄; virtus. ¶ Unde argumētuz quod factum est pro parte ista gratia cōclusionis concedo.

L. c. 10.

es

vbi supra

Ad op^m.

Ad arg^m **Ad illud** quod arguitur in oppositū q fortitudo et temperantia sunt moderatiue passionū: dico q verum est: et cum dicis posita q ex hoc sequit q sint ficut in subiecto in appetitu sensitiuo in quo sunt passiones que moderātur: dico q nō oportet. sufficit eni ad moderādū passiones appetitus sensitiui q sint in appetitu sensitiuo sm quadam sui similitudinem vel ipressionem: que sm iudicium meū proprie rōnē virtutis nō habēt. Virtus enim moralis principaliter est ad habilitandū ipsam volūtatē ad bene sese habere prompte et faciliter circa hec obiecta virtutum moralium sm rectum rationis iudicium: et ex consequenti est ad moderantiā passionum. Unde si inueneris dictum q temperantiae: et fortitudo sint principaliter ad moderandas passiones in appetitu sensitiuo: scias debere accipi ipsam temperantiam et fortitudinem nō pro his nominibus qui principaliter sortiuntur rationem virtutis: itaq magis proprie possunt dici similitudines vel impressiones virtutū q̄; virtutes. Et h sine preiudicio de predicta questione dicta sufficiant.

Quō. 21.

Questio. XXI.

Q Onsequenter queritur vtrum posito q christ⁹ in cena transmutasset corpus petri in corpus suū: illud qō remāsisset de petro fuisset viuēs.

Arg^m **Q Videtur** q sic quia potentie sensitiue remansissent: cū nō sint de essentia corporis petri: sed potentia sensitiua non est nisi vbi est vita: ergo illud quod remansisset de petro: fuisset viuens.

In opp^m **Contra** non esset viuens per animam petri : q illa esset transmutata: nec per animam christi: q ratione accidentia panis in sacramento altaris essent viuentia per animam christi: quod falsum est.

R^o **Ad istā questionem** Respondeo: q dicere posito q christus transmutasset totum corpus petri in corpus suum: et dicere posito q christus transmutasset totā substantiam petri in corpus suum. Si enim transmutasset corpus petri in corpus suum: non propter hoc sequeretur q transmutasset animam petri in corpus suum: eo q in corpore petri est aliqua ratio corporeitatis quāuis incompletam per aliquam formam eductam de potentia materie. Dico ergo q posito q christus transmutasset corpus petri in corpus suum: adhuc bene remansisset aliquid de essentia petri viuens: scilicet ipsa anima intellectiua: et ita etiam remaneret aliquid viuēs de completa corporeitate corporis petri: eo q sicut declaratuz est in illa quaestione quam disputaui. Utrum in homine sit alia forma substantialis q̄; anima intellectiua: quamuis in homine sit aliqua alia forma educta de potentia materie incompleta: per quam est incompleta ratio substantialitatis et corporeitatis cum completa ratio substantialitatis etiam vnde substatia est et corporeitas vnde corpus est: est in homine per animam intellectiuam. Sic ergo si christus transmutasset corpus petri in corpus suum: ita tamen q̄; non transmutasset animam intellectiuam ipsius petri: remansisset aliquid de essentia petri viuens: hoc est anima intellectiua que est de essentia petri: et remansisset etiam aliquid viuens spectans ad completam rationem corporeitatis ipsius petri: hoc est ipsamet anima intellectiua per quam sicut parum ante dictum est: completa est corporeitatis ratio in petro: et in hominibus aliis. Sed tamen illa accidentia que remanerent de corpore petri : hoc est quantitas : color : et figura: et sic de aliis non remansissent viuentia : quia non sunt capacia vite: nec in ipsis remansisset potentia sensitiua: sed tātum non remansisset in anima sicut in radice. Non enim pono potentias anime esse accidentia quedam: sicut declaratum fuit in illa questione quam disputaui. Utrum potentie angelorum sint accidentia. Quod autem illa accidentia non remansissent viuentia illud patet : quia sm q dicit philosophus secundo de anima. Anima est quo viuimus et mouemur et intelligimus primum: et secundum esse quod dicitur de anima. 2. Anima est actus corporis physici organici: corporis in quam qō est substātia: illa ergo accidentia si remansissent sub substantia corporis petri non fuissent ab anima perfectibilia: sicut materia perficitur per suam formam : et ex consequenti non fuissent ab ala viuificabilia. Sic ergo cōcedo q si christ⁹ trāsmutasset corpus petri : corpus suū alia remanētes: sine trāsmutasset totā essentiā petri: q illa accidētia q̄; remansissent de corpe petri: et nō remāsissent viua. ¶ Et argumentum

mentū pro parte illa gratia conclusionis concedi potest.

Ad arg^m **Ad illud** quod arguitur in oppositum q̄ adhuc remanssent potētie sensitiue in illis accidentibus: dico q̄ falsum est: potentie enim sensitiue nō sunt accidentia: sed sicut declaratum fuit illa questione: vtrum potentie angelorum sunt accidentia potentie anime non addunt super potentiam anime nisi respect^m ad actus ⁊ obiecta. ¶ Preterea dato q̄ potentie anime essent accidentia: ⁊ q̄ remanerent: si transmutatum fuisset corpus petri in corpus christi: vel si transmutatum fuisset totum illud quod erat de essentia petri: adhuc dico q̄ figura organi ipsius oculi non remanssisset videō per potentiam visiuam: quia potentia visiua: non est nata esse perfectio figure ipsius organi: sed perfectio substantie ipsius organi. Figura ergo ipsa ipsius organi non videret p potentiam visiuam: ipsa etiam potentia visiua non videret: quare actus potentiarum non attribuitur ipsis potētijs: sed attribuuntur substantie. Attribuuntur enim substantie sicut intelligenti volenti vigenti: ⁊ sic de aliis: attribuuntur etiam potentijs: hoc est intellectui non sicut intelligenti: sed sicut per quam intelligimus: ⁊ voluntati non sicut volenti: sed per quam volumus ⁊ potentie visiue non sicut videnti: sed per quam videmus: ⁊ sic de aliis potentijs anime. Et sic patet q̄ dato q̄ potentie anime essent accidentia quedam absolutā: ⁊ q̄ christus trāsmutasset totam substantiā petri in corpus suum: q̄ quātitas ⁊ figura que remanssissent: non habuissent aliquem actum sentiendi per illas potentias sensitiuas dato q̄ remanssissent: nec etiam ille potentie habuissent actum sentiendi: cum eis non debeatur actus sentiendi: sicut sentientibus: sed sicut illis per quas sentiens sentit. Et hec de ista questione dicta sint.

Consequenter veniendo ad q̄stiones morales quarū vna fuit de sacramento baptismi: hec scilicet vtrum irregularitas tollatur per baptismum. Alie autem respiciebant emptionem vel vēditionem: que fuerunt due. Una vtrum liceat emere: vel vendere redditus ad vitam data certa summa pecunie. Alia vtrum aliquis possit licite vendere aliquid annexum spirituali. Alie respiciebant homines per comparationem ad prebendas ecclesiasticas: ⁊ fuerunt due: vna vtrum p̄latus qui non vult prebendare nisi conterraneos suos peccet. Alia fuit vtrum ille qui habet plures prebendas in pluribus ecclesijs: teneatur plures dicere horas canonicas in die. Alie fuerūt de religiosis: ⁊ fuerūt due. Una fuit vtrum religiosi debeant suis detractionibus resistere alia vtrum liceat viro religioso: vim vi repellere. Alie questiones fuerunt tres. Una vtrum ille qui lucratur p ludos prohibitos teneatur ad restitutionem. Secunda vtrum clerici possint cogi ad solutionem exactionum factarum in ciuitate propter vtilitatem boni communis. Tertia vtrū predicator: ratione sui officij teneatur omnia illa facere: que docet aut predicat. ¶ Primo ergo queritur vtrum irregularitas tollatur per baptismū.

Nō. 22.

Arg^m. primum

Videtur q̄ sic: quia ō p̄ecratione distinctione quarta habetur per baptismum omne dictum vel factum contra legem dei tollitur: sed irregularitas est hmōi: ergo irregularitas tollitur per baptismum. ¶ Iré hieron^y. super epistolā ad Titū. Unde q̄ si quis ante baptismum plures vxores habuit: vel vnam ante ⁊ alteram post nō ē bigamus: ergo baptismus tollit irregularitatem contractam per bigamiam.

Secūdō

In opp^m

Contra per baptismum tolluntur peccata tantum: vel ea que consequuntur ex peccato: sed irregularitas non est peccatum: ⁊ quandoq̄ non consequitur ex peccato: imo quandoq̄ contrahit homo irregularitatem per opus meritorium: sicut ille qui zelo iustitie hominem interficit in bello iusto: ergo irregularitas non tollitur per baptismum.

Rñ^o **Ad istā questionem** Respondeo q̄ irregularitas nō tollitur per baptismum quod declaratur per rationem: ⁊ p duplicem auctoritatē. Ratio est hec: quia irregularitas quandoq̄ contrahitur per causam meritoriam: vt in argumento tactum est. Non videtur autem rationabile q̄ baptismus tollat penam ex meritoria causa contractam: ⁊ si dicis q̄ saltem tollit irregularitatem ex causa culpabili contractam: dico q̄ non: quare ⁊ si contrahatur aliquando ex causa culpabili: non tamen contrahitur ex illa sub ratione qua culpa: sed sub aliqua alia ratione: Adhuc sunt etiam auctoritates. Dicit enim Augustinus libro vigesimosexto de Acutius intelligūt qui nec eū qui catheczminus: aut paganus habuit alteram: ordinandum censuerunt: quia de sacramento agitur: non de peccato. Item glo. super illud verbum scriptum ad Titum primo capitulo vnius vxoris vir retineatur verba predicta: ⁊ sumpta sunt ab Augustino in libro de bono coniugali. Sic ergo patet q̄ irregularitas non tollitur p baptismum.

Conclusio q̄nis Ad op^m. Ad p̄mā partem

Argumentum pro parte ista gratia conclusionis concedo. ¶ Ad auctoritatem primo adductam in oppositum cum reuerentia respondendum est: q̄ non statur auctoritati sue in hac parte: immo ecclesia sentit cum beato augustino magis q̄ cum beato Hieronymo in hoc casu. Et hec de ista q̄ne dicta sufficiant. Questio XXIII.

Nō. 23. Arg^m.

Consequenter queritur vtrum liceat emere vel vendere redditus ad vitam. ¶ Et videtur q̄ non: quia vt habetur extra de vsuris. c. consuluit. Intentio plus accipiendi facit vsurarium: sed ille q̄ emit redditus ad vitam: facit contractum vsurarium: q̄ illicitus est.

In op^m.

Contra sicut habet extra de vsuris. c. nauigāti. rub. dicitur fieri cōne dubij etiā h̄ vnus excusatur qui pānos: grānū: vinum: oleum: vel alias merces vendit: tūc amplius q̄ vt valeant in certo termino recipiat p̄o eisdē: si tū eo tempore q̄ctus non fuerat venditurus ecce q̄ ratōe dubij ille qui plus accipit in q̄ctu q̄ dedit excusatur: sed in emptione: ⁊ vēditione redditus ad vitā: dubium est vtrū vendēs plus det q̄ accipiat: ⁊ vtrū emēs plus accipiat q̄ det: ergo siue vendens plus det q̄ accipiat: ⁊ emens plus accipiat q̄ det: videtur tū q̄ ratione dubij excusentur.

De articulatio q̄nis.

Ad istā q̄nē Rñdeo procedendo per hunc modū. Primo enim videndum est: quo iuste mercationes in quibus tū dat emens quāti accipiat sunt lucratiue. Scdo que sit differentia inter vēditum ⁊ mutuū: ⁊ que dā alia. Tertio quo liceat vendere terrā ad vitā. Quarto quo pecuniā. Quinto quo terram hereditarie. Sexto quo pecuniā hereditarie. Septimo mouēde sunt quedā dubitationes. ¶ Quātū ad primū articulū sciendū est: q̄ cum vnus sit oium princeps sm q̄ sacra scriptura ⁊ sancti testantur: ⁊ etiā non latuit gētiles cū dicit plō. 12. metaphy. Un^s ergo princeps: certum est q̄ oēs hoies sm rectū dictamē nature debēt subuenire sibiinuicē in contractibus suis inquantū sunt vi tētes sub vno p̄ncipe: q̄ p̄ncepe deus est. Nunc autē ita est q̄ aliq̄ ptes mūdi abūdāt in aliqb^o reb^o vtilib^o ad vsū humanū: i qb^o alie terre deficūt: ecōuerso: verbi grā ista pars terre abūdat in blado: ⁊ deficit in vino: ⁊ alia abūdat in vino: ⁊ deficit i blado. Sīlr vna pō terre i ouā

Primus articulus

bus abundat ⁊ deficit in equio : alia abundat in equis: ⁊ deficit in ouibus:⁊ sic de rebus aliis ad vsum vite humane necessarijs : ⁊ ideo rationio naturalis iudicium rectum est q̃ terra : que abundat in vna re apta vsui humano subueniat alij parti terre: que in hoc deficit: vt illa que abundat in blado subueniat alij parti terre que deficit in blado:⁊ recipiat etiam subuentionem ab illa q̃ abundat in vino:⁊ sic in vno exercitu militãtes sub vno principe sibijnuicem subueniant in mutuis indigentijs. Certum est autem q̃ in terra: vbi abundat bladum : minus debet reperiri bladum: q̃ in terra in qua deficit:⁊ similiter dico de vino:⁊ de rebus aliis ad vsum vite humane necessarijs. Cum ergo terra deficiens in blado ⁊ abũdans in vino recipiat sextarũ bladi ab illa terra que abundat in blado ⁊ deficit in vino : ⁊ ministret dolium vini illi terre: que deficiebat in vino ⁊ abundabat in blado fit mercatio sm rectum iudicium rationis:⁊ tantum dat munus quantum accipit : ⁊ tamen est illud mercato lucratiuum. Sextarium enim bladi in terra que abundat in vino plus valet q̃ dolium vini in terra illa:⁊ dolium vini in terra deficiente in vino : ⁊ abundante in blado: plus valebit in terra illa q̃ sextarium bladi:⁊ potest contingere q̃ sextarium bladi in terra deficiente in blado eq̃liter valebit: sicut dolium vini in terra deficiente in vino. Et sic video q̃ ille qui ministrauit bladum recepit rem equalis valoris pro blado suo : hoc est dolium vini: ⁊ ille qui ministrauit vino: recepit rem equalem pro vino suo : hoc est sextarium : ⁊ cum vterq; lucratus est : quare ministranti bladuꝫ plus valuit dolium vini: ⁊ ministranti vinum: plus valuit sextarium bladi. Sed quia sm philosophum quinto ethicorum difficile erat sic pertare rem pro re quotienscunq; homines indigent maxime propter longa spatia terrarũ ⁊ pericula viarum ideo inuenta est communis mensũ venalium: ⁊ hoc est numisma. Poteo ergo videre q̃ si aliquis accipiat bladum in aliqua mensura determinata in terra in qua est i magna abundantia:⁊ portet ad terram aliquam que penuriam bladi patitur:⁊ recipiat ibi multo maiorẽ pecuniam pro blado suo quam recipisset in terra sua vbi bladum abundat: si ibi fuisset venditum: talis lucratur : ⁊ est venditio ⁊ mercatio iusta: quia non plus dat q̃ accipiat in terra in qua vendit bladum : ⁊ alij etiam lucrantur : quorum necessitati per istam mercationem subuenitur. Sic ergo videꝫ quod sunt primo proponẽdi scilicet quomodo mercationes iuste in quibus tantum dat emens quantum accipit lucrative fiat. Et hec de primo articulo dicta sint.

Secũdus articulus

¶ Secundo videndũ est: que sit differentia inter mutuum: commodatum: locatum: venditum: ⁊ donatum: precarium: ⁊ depositum: ac permutatum: ⁊ pignus. Ad cuius intelligentiam sciendum est q̃ mutuum est aliquid translatum ab aliquo in alterius dominium ⁊ possessionem: obligans recipientem ad equalia mutuanti. Et est de natura istius contractus q̃ sit gratuitus: mutuum enim nisi gratuitum statim est vsura. Unde in euangelio sm Lucã. Mutuum date nihil tamen sperantes: que auctoritas allegatur extra de vsuris. c. consuluit.

Mutuuꝫ quid

6. c. Cõmodatum qd

¶ Commodatum est alicuius rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta concessio: in quo contractu commodans retinet illius rei quam commodat dominium ⁊ possessionẽ ⁊ est commodati natura: vt res ipsa restituatur: ⁊ hoc est de iure naturali.

Locatuꝫ quid

¶ Locatũ autem est alicuius rei ad aliquem specialem vsum non gratuita facta concessio: sed p precio: venditum autem est aliquid pro precio datum: ⁊ est natura istius contractus: vt ipsius rei vendite lucruꝫ ⁊ damnum pertineat ad emptorem.

Venditus quid

¶ Donatũ autem est aliquid quod mera liberalitate : ⁊ nullo cogente ⁊ ab alio alij concessum est: ita vt res concessa transeat in dominium ⁊ possessionem recipientis: ⁊ dico ex mera liberalitate quare si ex necessitate fiat: proprie non est donatio: ergo natura donationis est vt ille cui res donatur illius rei efficiatur dominus.

Donatũ quid

¶ Precarium autem q̃ precibus percuti vtendum conceditur q̃diu concessit qui patitur: vt habeo extra de precario. capitulo vltimo. Item precarium dicitur pignus obligatum creditori : a creditore debitori concessum ad vtendum q̃diu patitur q̃m concessit. Item precaria dicitur donatio ad preces facta vsq; ad mortem accipientis. de hoc duodecima questione secunda sepe. Item precaria dicuntur contractus ad preces facti vsq; ad mortem accipientis: ⁊ de hoc cõtractu: etiam habetur extra de precario. capitulo vltimo. Item precaria dicuntur contractus inuitus ad preces aliquorum vsq; ad quinquennium renouandum: extra de precario. capitulo primo. vbi de hoc. ⁊ quantum ad propositum nostrum sufficiant iste acceptationes precarij.

Precariũ quid

¶ Depositum autem est quod ad custodiam alicui est traditum. ⁊ de natura depositi est vt res deposita petenti reddatur: exceptis aliquibus casib⁹: qui in iure excipiuntur: ⁊ quibusdam forte aliis quos naturali iudicio oportet relinqui: eo q̃ lex data est de naturalibus : ⁊ ideo oportet multa dimittere recto iudicio rationis: vt applicet vniuersalia particularibus diuersimode omnibus circunstantijs simul inspectis ⁊ consideratis : ⁊ ideo voluit philosophus sexto ethicorum esse quandam virtutem quam epichiam vocat: per quam ratio dirigitur in diuersimode applicando legem datam in vniuersali diuersis casibus participantibus.

Depositũ quid

c. 2. tract⁹ 3.

¶ Permutatum vero est quod pro re alia est datum: vt cum datur cultellus pro cultello non intelligo⁹ pecuniam: sed rem aliquam cuius pecunia precium est : quia cum datur aliqua res pro pecunia non est permutatio: sed venditio.

Permutatum

¶ Pignus autem: est res obligata pro debito ad securitatem creditoris : quia tutius est incumbere pignori: q̃ agere in personam. Hec autem que in secundo articulo dicta sũt: quãuis sint quedam grossa: ideo tamen dicta sunt vt videamus ad quẽ modum contractus reduci debeat emptio redditũ ad vitam data: data certa summa pecunie: vt sic melius posset videri: vtrum debeat contractus licitus vel illicitus iudicari. Et hec de secundo articulo dicta sint.

¶ Tertio videndum est quomodo liceat emere terram ad vitam: ⁊ breuiter quãcunq; aliam rem a pecunia humanis vsibus deputatam. Ad cuius intelligentiam: sciendum est q̃ talis contractus ex forma sua non debet iudicari : nec vsurarius nec illicitus: potest enim licite fieri: in casu tamen posset esse casus illicitus : si enim in illo contractu seruetur equalitas que attendi debet inter ementem ⁊ vẽdentem licitus contractus est: si autem fiat cum quadaꝫ corruptione equalitatis iuris naturalis: contractus est illicitus: Corruptio enim equalitatis iuris naturalis vitiat contractus emptionis ⁊ venditionis. Ad sciendum autem quomodo in hoc contractu seruetur equitas iuris naturalis: ⁊ quomodo corrumpatur. Notandum est q̃ equitas iuris naturalis hoc requirit vt inter ementem ⁊ vendentem seruetur ista equalitas: vt res quaꝫ dat emẽs tantum valeat quantum res que accipitur a vendente. Si autem vendens plus accipiet ab emente : quam res valeat: quam emens a vendente recipit: tunc corrumpitur in isto casu equitas iuris naturalis: ex parte vendentis. Si autem res que venditur plus valeat q̃ precium quod recipit vendens ab emente: tunc in isto contractu est corruptio equalitatis iuris naturalis ex parte ementis. Non est tamen sic intelligendum q̃ quantumcunq; paruus excessus: vel precij vltra rem venditam vel rei venditę vltra precium corrumpat equitatem iuris naturalis: quare illa egtas que debet obseruari inter vendẽtem

Tertius articulus

⁊ ementem

ementem ſm veritatem iuris naturalis in magna latitudine cōſiſtit: vnde corruptio illius equalitatis: in qua etiam corruptione iuris naturalis: tūc iudicari debet qñ tantus eſt exceſſus precy vltra rem venditā: vel rei vendite vltra preciū: quod illa inequalitas clare videtur q̄ emēs vel vēdēs p̄ iſta ineq̄litate notabiliter ſm exigētiā rei vendite vel empte leditur. Unde ꝛ ſtatuerunt iura q̄ ſi emens vel vendens in contractu decipitur vltra dimidietatem iuſti precij: poteſt recedere a contractu vel agere ad iuſti precy ſupplementum: ꝛ hoc probatur per illud quod habetur extra de venditione ꝛ emptione cum cā. Verbi gratia. reo valet decem ꝛ emens dat ſex decim: hic emens decipitur vltra dimidietatem iuſti precy: quia dimidietas iuſti precy quinq; ꝛ ipſe decipitur dando ſex. Si autem reo que valet decē datur a vendente pro quatuor: decipitur vendens vltra dimidietatem iuſti precij quia dimidietas iuſti precij eſt. v. ꝛ ipſe decipitur in ſex ſm ergo iſta in caſu iſto corrumpitur equalitas que debet obſeruari inter vendentem ꝛ ementem ſm equalitatem iuris naturalis: in foro tamen conſcientie bene conficitur contractus quāuis vendēs decipiatur inter dimidietatem iuſti precy vel emens: ſed quandocunq; eſt exceſſus iuſti precy vltra rem venditam: vel rei vendite vltra precium: ita q̄ clare videtur q̄ emens vel vendēs notabiliter leditur ſm exigētiam rei venditei ꝛ dico ſm exigentiam rei vendite: quia aliquia leſio non diceretur notabilis ſm ſe que tamen notabilis diceretur per comparationem ad rem emptam: vel venditam: ſicut quando res vendita eſt parui valoris. Cum ergo in emptione alicuius prędij ad vitam ementis: datur precium tante quantitatis q̄ compenſata ementis etate: ꝛ ementis ſanitate vel infirmitate: ꝛ periculis que accidenter poſſunt vitam abbreuiare: ꝛ periculis que circa fructus prędiorum poſſunt accidere: ꝛ laboribus ꝛ ſolicitudinibus que circa hoc requiruntur: non videtur clare quis melioremp̄tem notabiliter habeat in iſto contractu emēs ſcilicet vel vendens: tunc dico q̄ contractus licitus eſt: ꝛ tunc ſi aliquo caſu emēs moriatur anteq̄s de fructibus prędij totam pecuniam ſuam recuperauerit: non tenetur vendens ad reſtitutionem aliquid heredibus illius vel alicui alij. Si autem emens tantum viuat q̄ recipiat vltra ſortem: non tenetur ad reſtituendum vendenti: nec alicui alij. Si autem in emptione prędy ad vitam ementis dare videtur q̄ emens vel vendens in iſto cōtractu habet priorem partem notabiliter compenſata prędy quātitate: ꝛ ementis etate: ꝛ ementis ſanitate ꝛ infirmitate: ꝛ periculis que poſſunt vitam accidentaliter abbreuiare: ꝛ periculis que circa fructus prędiorum poſſunt accidere: ꝛ laborem: curam: ꝛ ſolicitudinem: que oportet ementem circa fructus prędiorum habere: ꝛ compenſatis aliis circumſtantijs: ad quas recta ratio docet in tali contractu aſpicere: ſic dico q̄ iſte contractus eſt illicitus quia ibi corrumpitur illa equalitas que ſm equitatem iuris naturalis obſeruari oportet inter ementem ꝛ vendētem: ꝛ ſic corrumpitur quandoq; ex parte vendentis: cū clarum eſt q̄ vendens melioremp̄tem habet notabiliter quandoq; ex parte emētis: cum clarum eſt ipſum melioremhabere partem: ꝛ ſic viſum eſt quomodo licitum eſt terram emere ad vitam ementis: ꝛ hec de tertio articulo dicta ſint. ¶ Quarto videndum eſt quomodo licet emere pecuniam ad vitam ementis. Ad cuius intelligentiam ſciendum eſt q̄ aliqui magni voluerunt talem contractum eſſe illicitum ex forma contractus: quare ſicut ipſi dicunt: talis contractus non eſt propriꝰ contractus emptionis ꝛ venditionis: q̄ pecunia ad hoc inuenta eſt vt ſit menſura ꝛ precium rerum que venduntur ꝛ emūtur: non ad hoc vt ſit extremū venditionis vel emptionis. Unde etiam concedant iura q̄ pecunia non venditur nec emitur: ita vt propriꝰ ſit ibi emptio ꝛ venditio. Unde dico ipſi cum emitur pecunia ſicut annuus redditus ad vitam ementis: quāuis nominetur nomine emptionis: tamen propriꝰ emptio non eſt: neq; poteſt dici precarium: nec locatio: neq; donatio: nec permutatio poteſt propriꝰ dici: nec pignoratio: nec commodatio: nec etiam poteſt dici ꝺpoſitio alicuius rei pro cuſtodia apud aliquem: ꝛ hoc patet ex deſcriptione iſtorum poſita in articulo ſecundo. Reſtat ergo q̄ ibi ſit ꝓtractus mutui quāuis nominetur nomine emptionis vel venditionis: ſed in contractu mutui accipere aliquid vltra ſortem eſt. Unde in euangelio ſm lucam dicitur. Mutuum date nihil inde ſperantes: que auctoritas recitatur extra de vſuris. c. conſuluit. ꝛ ſic reſtat q̄ emere pecuniam tanq̄s annuū redditum ad vitam ementis: contractus eſt illicitus ex forma contractus. Et habent hūj pro ſe magnos doctores in iure. ¶ Ubi autem ſine preiudicio non videtur iſte contractus ex forma ſui illicitus: quia ego non dico ibi eſſe contractum mutui: ſed emptionis contractum ꝛ venditionis nō propriꝰ: ideo poſſumus dicere q̄ ibi res empta ſic pecunia. Sed emens data certa ſumma pecunie tanq̄s precio emit: ꝛ vendēte ius percipiendi ab ipſo certam quantitatez pecunie annuatim ad vitam ſuam: hoc eſt ad vitam ementis: ius autem percipiendi aliquā quātitatem pecunie annuatim non eſt pecunia: ꝛ ſic pecunia non emitur. Simile voluit quidaz dicere per verba alia q̄ emens a vendente non emit pecuniam: ſed obligationem ipſius vendentis ipſi ementi ad dandum ſibi certā pecunie quātitatē annuatim obligatio autem ipſius vendentis ad reddendam ementi certam quantitatem pecunie annuatim q̄diu vixit emens: non eſt pecunia. ¶ Deliꝰ tamē ſonat q̄ prius dicebatur ſcilicet q̄ emens emat a vendente ius percipiendi certam quantitatem pecunie annuatim ab eo q̄diu durat vita ipſius ementis: ꝛ ſic ergo patet q̄ non debet dici iſte cōtractus mutui: ſed contractus emptionis ꝛ venditionis. ¶ Preterea nihil differt in conſpectu dei emere certam quantitatem pecunie pro annuo redditu ad vitam ementis mediate vel immediate: ſed emere prędium ad vitam ementis: non eſt contractus illicitus ex ſua forma: ſicut dictum eſt in articulo tertio: ꝛ etiam concedunt aliqui qui hoc negant de contractu in quo dicitur emi pecuniam pro annuo redditu ad vitam ementis. Sed prędium quod emit emēs ad vitam ſuaz: poteſt alij tradere ſub annuo cenſu q̄diu vixit ipſe qui emit prędium: poteſt enim facere talem cōtractum cum vicino ſuo dicendo ſic. Ego emi tale prędium ad vitam meam: ꝛ id prędium tradam tibi q̄diu vixeris tali pacto q̄ annuatim reddas mihi pro ipſo prędio talem quantitatem pecunie: q̄diu ego viuaz: iſte contractus licitus eſt: quia iſte vendit prędium quod erat ſuuz ad vitam ſuam: ꝛ alius emit ipſum prędium pro certa ſuma pecunie annuatim reddenda ad vitam ipſius qui primo prędium emerat: ꝛ poſtea iſti vendidit: ergo mediante emptione ipſius prędy: quod poſtea vendidit alteri p̄ pecunia: quia primo prędium emerat habet certam quātitatem pecunie ad vitam ſuam annuatim. Verbi gratia Robertus pro centum libris ſibi emit a martino prędium vnum: poſtea robertus prędium illud quod emerat a martino: tradidit ticio ad tenendum per totam vitaz Roberti: tali pacto q̄ ticius teneatur reddere Roberto q̄diu vixit Robertus decez libras paruas: ꝛ ſic a primo Robertus pro centum libris: habet decem libras annuatim ab ipſo ticio mediante emptione ꝛ venditione ipſius prędy. Si vero nihil differt in conſpectu dei acquirere annuum redditum in pecunia ad vitam proprijz pro certa ſuma pecunie mediate vel immediate: mō licito pōt acqri mediate: vt paulo ante oſtū eſt: ſequitur ēt q̄ licite pōt fieri immediate: ſicut ergo Robertus pro cētū lib. oby

Quartus articulus

ligauit ticium ad reddendum sibi decem lib.paruas an/
nuatim ad vitam suam per hoc q̄ prædium tradidit sibi
sub tali pacto prædium in q̄ quod ante emerat pro cen/
tum libris a martino:ita videtur q̄ per hoc potuit face
re licite immediate dando centum lib.ipsi martino pro
iure peripiēdi decē lib.annuatim per totā vitā suā: sic er/
go patet q̄ talis contractus ex forma sua non est illicitus
in aliquibus:in aliquibus tamen casibus illicitus est.

¶ Descēdamus ergo ad modū quomodo cōtractus est
licitus:t quomodo illicitus. Ad huius intelligētiam sci
endū q̄ iste cōtractus licitus est:quādo inter emētem t
vendentē seruatur illa equalitas quā requirit equitas iu
ris naturalis:hoc est quādo ponderata ementis etate:t
sanitate vel infirmitate t periculis: que possunt vitam
abbreuiare:t cōpensatis aliis circūstātijs:que debent in
spici:etiam compensata quantitate pecū que datur ab
emente:non potest discerni faciliter vtrum meliorē par/
tem notabiliter habeat in isto ꝯractu vendēs vel emēs.
Vnde t si emēs moriatur anteq̄ sortem recipiat vende
re non debet:vel non tenetur aliquid restituere de pre/
cio:similiter si emens tantū viuat q̄ recipiat vltra sortē
non tenetur aliquid restituere de recepto. Si autē com/
pensatis his que dicta sunt liquido appareat q̄ emēs ha
beat meliorem partem in contractu notabiliter:per hoc
q̄ aliis circūstantijs compensatis dedit precium minus
paruum notabiliter:sic dico q̄ contractus est illicitus ex
parte ementis:eo q̄ ex parte ementis corrūpitur illa eq̄
litas quā requirit equitas iuris nālis in cōtractu. Si autē
compensata ementis senectute:t corporis infirmitate:t
precij quantitate liquido appareat q̄ vendens habeat
meliorem partem notabiliter in contractu per hoc quod
accepit p̄cū notabiliter nimis magnū:sic dico q̄ ꝯctus illi
citus est ex pte vēdētis:eo q̄ ex pte vendētis est corru
ptio illius equalitatis que debet esse in ꝯctu sm equali/
tatem iuris naturalis:t quādo est inequalitas notabilis
que supradicta est ex parte ementis: tunc videtur mihi
vnū de istis duobus:aut q̄ teneat ad supplētionem iusti
precij:aut ad restituendū eorum illud quod accepit vl/
tra sortem. Cum autem ista corruptio equitatis iuris na
turalis est ex parte vendētis:tunc tenetur vendens red
dere illud quod accepit vltra iustum pretium: aut rem
emptam dimittere in manu heredis illius qui emerat
quousq̄ de re empta recipiat sortē. Et ꝟ de quarto articu
lo dicta sufficiant.

Quintꝰ articulus

¶ Quinto videndum quomodo liceat
emere terram hereditarie. Ad cuius intelligentiam sci/
endum q̄ emere terram hereditarie contractus licitus
est ex sua forma. Ita est enim contractus emptionis t
venditionis nature:potest tamen esse illicitus in casu:
tunc autem illicitus est contractus quando compensa/
ta precij quantitate:t terre empte bonitate:t omnibus
circunstantijs ex quibus res empta debet dici melior: et
compensata ex alia parte omnibus circumstantijs: que
pretium reddunt gratiosius:sicut est forte habere fauorē
ementis:t sic de aliis:tanta equalitas obseruat in contra
ctu:q̄ non apparet liquido:quis eorum notabiliter me/
liorem partem habeat in contractu:sic enim non corrū/
pit equitas iuris naturalis in cōtractu:nec ex parte emē
tis:nec ex parte vendentis. Si autem liquido appareat
q̄ propter pretium quod dat emens est notabiliter ni/
mius pretium:sic dico q̄ contractus est illicitus ex parte
ementis:quia ex parte ementis est corruptio equitatis
iuris naturalis quedam obseruari in contractu emptio/
nis t venditionis:t dico q̄ tenetur emens in foro con/
scientie ad supplētionem iusti precij:t si esset precium ita
quantum ad minus dimidiate iusti precij:vt forte: quia
terra valebat decem t non dedit nisi quatuor: tunc di/
co q̄ emens tenetur ad supplētionem iusti precij etiam
in foro iudicij:aut q̄ vendens posset recedere a contra/
ctu. Si autem terra que venditur est ita parui valoris: t
precium quod datur ab emente est ita magnū q̄ liquide
apparet q̄ precium notabiliter excedat valorem rei em/
pte:tunc vendens tenetur in foro conscientie restituere
quod accepit vltra iustum precium:t si precium intan/
tum excederet valorem rei empte q̄ ille excessus esset vl
tra dimidietatem iusti precij:tunc etiam vendens tene/
tur in foro iudicij restituere illud quod accepit vltra iu/
stum precium: aut emens posset recedere a contractu.
Et hec de quinto articulo dicta sint.

Sextus articulus

¶ Sexto viden/
dum est quomodo licitum est emere pecuniam heredita
rie. Ad cuius intelligentiam sciendum q̄ quidam volue
runt:q̄ emere redditus in pecunia quod aliqui vocant
contractum bursalem illicitum est:siue fiat ad vitā emen
tis:siue hereditarie eo q̄ pecunia inuenta est ad hoc vt
sit medium t precium t mensura in emptione t vendi/
tione:non ad hoc vt ematur vel vendatur:t ideo in em
ptione pecunie est vsus illius rei non ad illud ad quod
res instituta est. Sed qui vtitur re non ad id ad quod in
stituta est abutitur ea. In emptione ergo pecunie sub cer
ta quantitate annuatim reddere est abusus:t sic contra
ctus est illicitus ex sua forma siue fiat ad vitam:siue here
ditarie:t maxime si talis contractus non videatur pos/
se reduci nisi ad contractum mutui. Vnde accipere vl/
tra sortem intuitu ipsius mutui semper usura est: quan/
tus autem ista sit opinio aliquorum magistrorum non vi
detur tamen mihi dicēda q̄ contractus sit licitus ex sua
forma:quia ibi pecunia nō emittitur:sed emitur ius per/
cipiendi talem quantitatem pecunie super bonis ipsius
vendentis quolibet anno siue ad vitam ementis:siue he
reditarie pecunia non est:t cum isto iure q̄ potest ven/
di tranfit pecunia:que directe vendi non potest nec emi.
Bene enim videmus aliquid q̄ emi vel vendi non de/
bet tranfire cum eo quod emitur: sicut ius patronatus
directe vendi vel emi non potest: sed transit cum fundo
prædij:vel ville que emitur: quāuis alia de causa ius pa/
tronatus non debeat emi:vel vendi: t alia de causa pe/
cunia:ius enim patronatus non venditur neq̄ emitur
quia est aliquid annexum spirituali. Pecunia autem di/
recte neq̄ emitur:neq̄ vēditur:quia ad hoc inuenta est
vt sit precium mensura t medium in emptionibus t vē
ditionibus. ¶ Preterea homo licite pro centum libris
posset emere vnum prædium hereditarie: t postea illud
prædium posset dare alij hereditarie sub tali pacto q̄ ille
t heredes sui obligarentur in perpetuum ad reddendū
illi quolibet anno centum sol.paruos vel heredibus illi/
us:t sic a primo iste pro centuz libris haberet centum so
lidos hereditarie mediante emptione t traditione ipsi/
us prædij:ergo cum in conspectu dei non differat hoc fa
cere mediate vel immediate videtur q̄ licite pro centuz
libris emere potest ius percipiendi centum solidos quo/
libet anno hereditarie. Contractus ergo nō est illicitus
ex sua forma:tamen non est contractus ita honestus:hoc
est dictu ita decens sicut est cōtractus prædialis eo q̄ nō
ita videtur quid est quod emitur in isto contractu:sicut
in prædiali:t quia etiam in fructibus prediorum possunt
accidere multa impedimenta: t oportet apponere mul/
tam solicitudinem: ideo in omni contractu in quo emi
tur prædium siue ad vitam:siue hereditarie magis appa
ret dare equalitas q̄ in illo contractu in quo emitur ius
percipiendi certam summam pecunie annuatim: siue ad
vitam siue hereditarie. Potest tamen iste contractus
male fieri t ex parte ementis :t ex parte vendentis. ex
parte ementis male fit quum ex parte sua corrumpi/
tur illa equalitas: quam requirit illa equitas iuris na/
turalis inter ementem t vendentem: tunc autem si/
la equalitas corrumpitur ex parte ementis quando cla/
rum est q̄ precium notabiliter nimis paruum: t tunc

emeno tenetur aut querere contractum: aut facere iusti precij supplectionem: tenetur indē: vel in foro cōscientie tm̄: vel quādoq; in foro cōscie & in foro iudiciali simul. Si quando precium est minus diminute iusti precij vt quando iustum precium esset. x. & ipse non daret nisi 4. corrūpitur aūt supradicta equalitas ex parte vēdētis scz quādo vēdit rē pro precio ius magno q̄ clarū est q̄ tale preciū notabiliter excedit valorē rei venditē: & tunc tenetur vēdens ad restituēdū illud quod accepit vltra iustū precium pro re vēdita aut saltē querere contractū regulare eni est q̄ cōtractus emptionis & vēditionis illicitus est: cū in eo nō obseruatur equitas iuris naturalis: cā in magna latitudine cōsiderādo: vt supradictum est: cuius autē precium & res vēdita sic ad equalitatem accedūt: vt nō faciliter iudicetur notabilis excessus rei vēdite super precium: nec precij supra rez venditam: ita vt non clare ibi appareat aliquem enormiter ledi sm̄ exigentiam rei vēdite: tunc dico q̄ licitus est ille contractus quantum est ex parte sua: hoc dico quia adhuc posset esse mala intentio in emente & vendēte: ambitiosa cupiditas. Sic ergo visum est q̄ cōtractus quo emitur ius percipiendi aliquam certam pecunie quātitatē annuatim: siue ad vitā: siue hereditarie non est contractus illicitus ex sua forma: neq; tamē contrarius iuri naturali: quia ibi potest obseruari iuris naturalis equitas: vt ostensum est: nec tāmē contrarius iuri diuino: nec iuri positiuo: vt videtur: quia talē cōtractum nō inuenio prohibitum q̄ ego sciā: nec in iure diuino: nec in iure positiuo: quāuis prohibeatur vsura supra diuino triplici iure: hoc est iure naturali: iure diuino: & iure positiuo. Et hec de sexto articulo dicta sunt. ¶ Septimo mouende sunt quedam dubitationes super predictis: & remouende. Dicta sunt enī tria super quibus possent dubitationes oriri: dictum est enī q̄ ad hoc q̄ cōtractus emptionis & vēditionis sit licitus oportet q̄ seruetur equalitas inter ementem & vendentem: ita vt nō videatur clare notabilis excessus rei venditē super rē emptam: vel ecōuerso. ex quo posset videri aliquibus q̄ hec includat mercationes lucratiuas esse illicitas: quia si i vēditione licita tantum valet precij quātum res empta: & ecōuerso: tunc in emptione licita non lucrātur nec emēdo: nec vendēdo. Iidec aūt dubitatio facilter remouetur si attendātur ea que in primo articulo dicta sunt. Dimidium enim modium bladi hic valet. c. solidos: & in terra vbi deficit bladū valet octo libras: & dolium vini i terra illa valet. c. solidos: & hic octo libras: si ego accipio. c. solidos: quod est precij dimidij modij bladi i terra illa: & do alij de terra in qua dolium vini valet. c. solidos: emo vinū in terra illa quantum ibi valet: & postea si facio portari illud dolium vini ad terrā istā vendo hic pro octo libris quantū hic valet: & sic forte remanebit mihi de lucro deductis expensis necessarijs. 30. sol. Ecce q̄ pro cētum soldis emēdo rē quantū valet: & vendendo quantum valet lucratus sum. 30. solidos. Similiter ille a quo emi vinū pro centū solidis: emet hic de illo. c. solidis dimidiū modium bladi: & faciat portari ad terram suā vbi valet octo libras: & sic forte deductis expensis nūcture remanebunt sib. 30. sol. de lucro: & sic vēdendo rē: & emēdo quantum valet de suo dolio vini lucratus est triginta solidos. Videtur ergo quādo possent esse iuste in se mercationes lucratiue propter mutuam indigentiam in diuersis partibus mundi. ¶ Sed tunc posset aliquis dubitare dicendo q̄ tunc non posset esse iusta mercatio lucratiua cuz homo mercatur cū vicino suo in eadē villa. Et dico q̄ imo: quia potest esse q̄ vnus habeat indigentiam bladi: & superabūdantiam vini: alius econuerso: & sic tunc vendit mensurā bladi: & pro illa pecunia emit mensuraz vini: lucrat: quia pro re illa: que superabundabat ipse acquirit sibi rem necessariaz: ille autem qui pro re: que nō est sibi necessaria acquirit rem sibi necessariam lucrat ut quāuis ille res ex parte sua sint equivalentes. Similiter ille qui superabūdabat in vino: & deficiebat in blado: potest vendere mensuram vini: & pro precio emere mensuram bladi equivalētem: & sic lucratur: quia pro re in qua superabundat emit sibi rem necessariā: & in hoc est lucrū quāuis ille res ex parte sua sint equivalentes. ¶ Potest rea potest esse q̄ & ille habeat superabundantiam bladi & alius superabundantiam vini q̄ ille pro precio bladi emet equivalentem mensurā de vino: & alius pro mensura vini emet de blado: & tunc ille qui emit vinum portabit ad terram que deficit in vino: & alius qui emit bladum portabit ad terram que deficit de blado: & lucrabitur forte ille pro blado quod emit magis cz fuisset lucratus de vino quod vēdidit: quia forte commodius potest ire ad terram deficientem in vino: & melius forte vendere bladum q̄ scire vinum. Alius autem econuerso. Et sic primo vterq; lucratus est propter contractum licitum quem fecit cum vicino suo. Et possent poni alij modi mercationum lucrativarum seruata equalitate de qua supradictum est: que attenditur in satis magna latitudine inter precium & rem venditam.

Posset etiam dubitari super hoc quod ostensum est q̄ emere redditus ad vitam siue emantur prediorum: siue emantur ius percipiendi pecuniam: contractus est illicitus: quando clarum est q̄ emeno habet in contractu partem meliorem notabiliter: quia videmus viros & mulieres viginti quinq; annorum emere redditus ad vitam pro precio tali: quod infra octo annos recipiūt sortem: & quāuis possent multi infra illos octo annos: tamen clarum est q̄ probabilius est q̄ viuere debeant i duplo: & frequētius hoc accidit: & sic clarum est q̄ in isto cōtractu emeno habet meliorem partem notabiliter: quia habet in fauorem suum illud quod accidit frequentius. Sed q̄ mulier sana viginti quinq; annoruz adhuc viuat plusq; per octo annos. Vendēs autē habet in fauorē suum illud quod accidit raro scilicet q̄ sana mulier triginta annorum moriatur infra octo annos: & sic videt aperta inequalitas in contractu: & tamen iste contractus nō inuenitur reprobatus in iure: imo ab ecclesia toleratur: & a multis sapientibus consulitur. Dubius secundus

Ego autem saluo meliori iudicio in predicto casu contractum excusabilem non video in foro cōscientie nisi illa inuenus mulier esset tot infirmitatibus grauata: vel tot periculis mortis exposita q̄ nō clare videtur quid istorū probabilius esset: aut ipsam viuere per tantum tempus q̄ vendēs ledatur notabiliter pro exigētia rei vēdite: aut ipsam mori intra octo annos: vel vbi aliquod probabile periculum esset de impedimento solutionis rei empte: tantum enim posset esse periculum de impedimento superueniente circa solutionē rei empte: que dubitatio non possidendi pacifice rem emptam contractum posset reducere ad equalitatē. Rñ.

Posset etiā dubitari super hoc quod dictum est q̄ emere redditus hereditarie: siue ematur predium: siue ius percipiendi quolibet anno certam quantitatem pecunie non est contractus illicitus ex sua forma: cum clarum sit q̄ ibi semper est notabilis excessus precij super rem empti: quia clarum est q̄ ipse emeno: vel heredes sui notabiliter recipient vltra sortem. ¶ Hoc autem sic dubium remoueri potest: quia ius naturale dictat q̄ res sit amabilio magis in seipso cz in filio: & magis in filio cz in nepote: & in nepote magis cz in pronepote: vnde ius nāle nullum dictat: nec etiā ius positiuū q̄ iste qui emit istaz rem hereditarie tm̄ teneat dare pro ista quātū possibile è quod debeat inde recipere ipse per vitam suam: & si Dubius tertium Solutio

liue suus per vitam suam:ꝛ nepos per vitam suam:ꝛ p nepos per vitã suã:ꝛ sic deinceps:q; sic res que emitur hereditarie nõ posset cadere biũ sub estimatione: sed habẽdo aspectũ ad quãtũ debet diligere rẽ pro seipso:ꝛ pro filio ꝛ pro nepote:sic vsq; ad aliquẽ gradũ determinatũ debet emẽs pcectũ ꝓportionare rei empte:ꝛ sic ẽctus licituus est:q; emit res quãtum valet:vel saltem nõ apparet vbi aliqs notabilis excessus. Nõ ergo decipit aliqui semetipsos credẽdo q; si emũt aliquos redditus hereditarios:ꝛ darẽtur eis pro ita paruo ꝓcio:sicut dãtur ad vitas: q; ꝓpter hoc cõtractus licitus sit:q; si aliqs ẽctus i quo emũtur redditus adhuc est illicitus ꝓpter paruitatẽ pretij multo fortius esset illicitus:si pro precio ita paruo illi idẽ redditus hereditarie emerẽtur. Et ideo dicũt aliqui q; dns videbat iudeos ambitiosos in emẽdo redditꝰ hereditario pro nimis paruo ꝓcio: volẽs nimis excessiuã inequalitatẽ ꝓhibere ab illo ẽctu: ꝓcepit in lege:q; hereditates vẽdite in anno iubileo:hoc est in anno.50.reuertẽtur ad pristinos possessores quãuis ꝛ istius ꝓcepti fuerũt alie rõnes. Hec aũt que de ista qõne dixi volo sine ꝑiudicio esse dicta:ꝛ sine assertione alicuius vbi dicti nisi illius qõ cõiter tenetur a magistris.

Ad argm̃ ꝓncipale

Ad illud Quod arguitur q; nõ liceat emere redditus ad vitã:ꝓpter hoc q; intẽto plus accipiẽdi facit vsurã.dico q; verum est in ẽctu mutui. Cõtractus aũt in quo emunt redditus ad vitã nõ est ꝓpr̃ actus mutui:sed cõtractus empnonis ꝛ vẽditionis:ꝛ ꝫ sufficit ad solonem argumẽti ꝓpositi. ¶ Tamẽ ad intellectum illiꝰ verbi.Mutuũ date nihil inde sperãtes: ꝺbes scire q; hoc itelligit:cũ causa mutui ꝓncipalr ponitur in spe lucri:q; si simpliciter mutuat ꝓpter deũ:ꝛ secũdario aliquã retributionẽ expectat sine pacto nõ credo:hoc est illicitũ:q; ille q curialitatẽ recipit obligat ad reddẽdam curialitatẽ.ex̃ de vsuris.c.cõsuluit:vbi ꝫ expositio habet in glosa.

Notãdũ pmum

Secũdũ notandũ

¶ Unde etiã scire debes q; si debitor creditorez volẽtẽ recipere pecuniã suã preuenit muneribus gratis ꝛ postea negat eũ q; det dilationez propter amicitiã: vel ꝓpter deũ:ꝛ creditor ꝓpter hoc q; videt gratuitatẽ illiꝰ det sibi biẽnio lõgitudinẽ:vel beniuolã dilationem:quã aliter nõ dediſſet:si eũ vidiſſet ingratũ. Si tñ dilationem dat ꝓncipalr ꝓpter deũ:vel ꝓpter amicitiã nõ est vsurarius iudicãdus:ꝓpter illud q; munus recepit:nec tenet ad vllius muneris restitutionẽ:quãuis in dãdo dilatorez aspexerit secãdario ad vllius gratitudinẽ a quo munꝰ recepit. ¶ Ad oppositũ ꝛ solutionẽ indiget q; emens nõ ex cuiuſ pro quocũq; dubio:nisi qñ dubiũ est ita ꝓbabile:qõ facit equalitatẽ inter emẽtẽ:ꝛ vẽdẽtẽ. Unde quãuis dubiũ sit. Utrum ista mulier.xv.annorũ sortio ꝛ sana:nec multis periculis mortis expolita viuat adhuc pluſq; p octo annos:tñ nõ est dubiũ ita ꝓbabile:quod faciat eẽli tatem in ꝓtractu:in quo emit redditus ad vitam suam pro precio ita paruo q; receptura sit intra octo annos sortẽ:q; quãuis sit dubium vtruz viuat per octo annos:tamen illud est clarũ q; magis probabile est q; debeat viuere in duplo: q; hoc sepius accidit. Quẽstio XXIIII.

Ad op̃m ꝓncipale,

Qũ.4.

Quẽritur vtrum aliquis possit licite emere vel vendere aliquid annexum spirituali.

Videtur Quod sic quia Abraam emit sepulturam vt haberet Gen. 23.ꝛ non reprehenditur de hoc abraam:cũ tñ sepultura videat aliqd spirituale annexum.

Arg̃m.

In cp̃m.

Contra magister senten. lib. iiij. di. xxv. Dicit q; ge quid alterꝰ vẽdit:sine quo alterꝰ non habet neutrũ in uendito derelinquit:ergo q; vẽdit annexũ spirituali:vẽdit ꝛ ipsum spirituale:sed spirituale vẽdi nõ potest:ergo annexum spirituali vendi non potest.

Rñ. Annexa spũalibus sunt ꝫ triplici mõo

Ad istam qstionem Respondeo dicendo q; quedam sunt annexa spirituali antecedenter:siue tanqz antecedentia: quedã tanqz conuenientia:ꝛ quedam tanqz consequentia annexa tanqz antecedẽtia sunt sicut ius patronatus:ex quo spiritualia cõferuntur:ꝛ illud non licet vendere in spirituali:sed trãsit cũ fundo:vel cũ villa que venditur vel emitur. Qz aũt ius patronatus sit quid annexũ spirituali habetur extra de iudicijs:Quanto diuina gratia: vbi dicitur causã vero iure patronatus:ita cõiuncta est:et cõnexa spiritualibus causis quod nõ nisi ecclesiastico iudicio valeat diffiniri:ꝛ ibi dẽ dicit apparatus q; ius patronatus nõ dicitur ꝓprie spirituale:sed spirituali annexum:quod etiã vendi nõ possit in spirituali habet extra de iure patronatus. De iure vero vbi dicit q; inconuenies est vendi ius patronatus quod est spũali annexum. Probat etiã hoc per illud quod habetur extra de symo. c.ꝓmo.querelam. vbi dicit q; sicut emi nõ potest: ita nec redimi ecclesia memorata:super quẽ locũ dicit apparatus q; nullũ spũale vel spũali annexum potest emi: vel vẽdi. Qz aũt transeat cum fundo vel cum villa vendita: probat per illud quod habetur extra de iure patro.c.ex litteris.ꝛ.c.cũ ferut. Unde etiã si detur villa ad firmam ad quã spectat ius patronatus:si ius patronatus nõ excipiatur ille cui data est villa ad firmã posset repsentare clericũ ad illã ecclesiã si vacaret:sicut habetur expressum de iure patro.in illo.c.ex litteris. Similiter annexa spiritualibus tanqz antecedẽtia sunt vasa sacra:in quibꝰ spiritualia ministrãtur:ꝛ hec licet vẽdere:nõ habendo respectum ad formã cõsecrationis:ita tamẽ vt aly ecclesie ea dẽ forma vendãtur. Sed persone seculari nõ debẽt vẽdi nisi redacta in massam. Illa vero que annexa sunt spiritualibus:sicut cõcomitãtia sunt:sicut labores annexi spiritualibus officijs:ꝛ hoc quando homo nõ tenetur ad illa officia locari possent:vt patet in ꝑdicatore questuario ꝛ clerico legẽte psalteriũ ꝓ defunctis:quando vero homo tenet ad ista officia:tũc nõ põt vendere laborẽ suum annexum istis spiritualibus officijs. Annexa vero spiritualibus tanqz ꝓsequẽtia sunt:sicut perceptio decimarũ ꝛ huiusmodi beneficia:que cõpetũt ex officio ecclesiastico:ꝛ ipsos fructus vẽdere licet:sed ius ipsum percipiendi cum spiritualia sit ipsum vẽdi non potest.

Argumentum pro parte ista gratia concluſionis concedi potest. ¶ Ad argumẽtũ in oppositũ. Respõdeo cum enim obiectio de abraham.dico q; abraham nõ emit annexum spirituali sed emit illã spelunca ꝓ loco sepulture. Unde nõ emit illã sepulturã sicut emeret quida fundus terre.post emptionẽ ordinatã:nec terrã benedictã:nec terrã ante emptionẽ vsibus spũalibus deputatã. Et hec de ista questione dicta sufficiant. Quẽstio XXV.

Ad op̃m: Ad arg̃m.

Qũ.1.

Consequenter veniamus ad qõnes que respiciebant holeas per cõparationẽ ad prebẽdas ecclesiasticas:quarũ prima sit:vtrũ prelatus q; non vult prebẽdare nisi cõterraneos suos peccet.

Arg̃m.

Videtur q; nõ quia magis tenet eis qz alijs ergo prebendando illos alijs non prebendatis: non peccat.

In opp̃m.

Contra est:Actuum decimo scribit:ꝛ est verbũ petri in veritate compi:quoniã non est acceptor personarũ deus:ergo ꝑiatur in collatione prebẽdarum nõ debẽt esse acceptores ꝑsonarum:sed ille qui non vult prebẽdare nisi cõterraneis suis:est acceptor personarum in collatione prebẽdarũ ergo talis peccat. Item.61.dist. decre. Mulleus dicit sic:tunc alter de altera eligatur ecclesia de

si de ciuitatis ipsius clero: cuius est epūs ordināduo: nullus (quod euenire non credimus) dignus poterit reperiri. Et in eodē. c. dicit glosator: q extranei nō sunt preponendi: vel preferēdi ipsis de ecclesia. Ex hoc arguo sic: si in eligēdo epm nō est preferēdus extraneus illis de ecclesia si dignus reperiat: a fortiori videtur q epo m cōferēdo beneficia nō debet pferre extraneos illis de episcopatu: si in episcopatu digni nunciantur.

tes ciuium quandoq redundat in vtilitatem clericoꝝ. ⁊ tunc distinguendus est: quia aut hoc faciunt animo iniuriandi clericis scilicet per viam illam extrahant pecuniam ab eis quam per viam aliam extrahere sic non poterant: tunc dico q illicitus est. si autem non faciunt animo iniuriandi: imo si non essent aliqui clerici qui aliqd emerent: tamen illud assisum potuissent superuenalia propter solutionem debitorum suorum: sic videtur dicendū q quātuo eā hoc sequatur q clerici emant venalia cariora q hoc non obstante licitum sunt illis consulibus illud assisum super venalia ponere ⁊ ita tamen q seruent proportione non magis onerando proportionaliter venalia que frequenter emuntur a clericis minus ea que frequentius emuntur a laicis. Similiter dico q debent seruare proportionem in ponendo assisum superuenalia: que frequentius sunt in communi vsu pauperum ⁊ extraneorū ⁊ in communi vsu ciuium ciuitum. Si enim proportionaliter loquendo maius assisum ponerent superuenalia: que frequentius emuntur a clericis q̄s super venalia que frequentius emuntur a laicis illicitum esset: quia hoc fieret in fraudem clericorum. Similiter si minus assisus ponerent proportionaliter loquendo super venalia que frequentius emuntur ab extraneis q̄s super venalia que frequentius a ciuibus emuntur illicitum esset: quare hoc fieret in fraudem extraneorum. Similiter si maius assisū ponerent proportionaliter loquendo super venalia que frequentius emuntur a pauperibus q̄s super venalia que frequentius emūtur a diuitibus illicitum esset: quia hoc fieret in fraudem pauperum. Dico ergo quia vt supradictum est q supradicta proportione seruata: si animo iniuriandi non faciunt: sed pro necessitate sue communitatis a debitis exonerande: que per viam aliam sine nimio grauamine a debitis exonerari non posset: sic dico q licitum est consulibus ciuitatis illud assisum super venalia ponere seruato moderamine per comparationem ad necessitatez communitatis: ita tamen q fiat auctoritate domini temporalis. Nec videtur mihi q clerici debeant ex hoc conqueri quātuo ad hoc sequatur q venalia emant cariora si emere volunt in ciuitate. Et potest probari per casum legis. Ponitur casus legis talis. Iste homo habet puteum in curia sua: ⁊ deriuatur aqua ad illum puteum per quosdaz meatus subterraneos qui sunt in terra mea si ego voluero exiccare puteum illius vt dānificem illuz per exiccationem putei: facio murum habentem fundamentum ita profundum: quod obstet illos meatus subterraneos: per quos deriuatur aqua ad puteū vicini mei si hoc facio animo iniuriandi vicino meo ⁊ teneor sibi de dāno. Si autez non facio animo iniuriandi sibi: sed quia imminet mihi aliqua necessitas vel vtilitas: vtpote quia habeo necessitatem claudendi domum meam muro: qui bene non posset fieri: nisi cum ita profundo quod obturare meatus illos subterraneos per quos deriuabatur aq̄ ad puteum vicini mei: quātuo ad factionem illius fundamenti sequatur q vicinus meus non habeat illam commoditatem aque: quā habebat: eo q exiccatus est puteus suus: non tamen teneor sibi de dāno: cum magis vellem illam commoditatem sibi remanssisse si possibile esset sine impedimento vtilitatis mee. A simili dico q si consuleo ciuitatis obligati debitis ponunt assisum super venalia communia clericis ⁊ laicis animo iniuriandi clericis: vt uz ab eis extrahāt pecuniam ad soluendum debita communitatis: sic dico q tenentur eis de dāno: si hoc non faciunt animo iniuriandi: nec fraudandi clericos in expositione venalium: imo quia vident q sine nimio grauamine sua communitas expediri non posset a debitis per viam aliam: ⁊ hoc facerent si nulli clerici essent in ciuitate qui aliquid essent empturi: tunc dico q quātuo ad hoc sequatur q clerici ex hoc habeant minorem commoditatem venalium: q tunc consulens non tenentur clericis de dāno: maxime cum clerici non compellant emere in ciuitate vbi velint quia possent emere in ciuitate alia: sed non cum tanta commoditate. ¶ Similiter pono casum alium. Ecce iste episcopus cogitat in corde suo dare cuidam clerico prebendam vnam: sed tamen adhuc non dedit: nec in corde suo firmauit: immmaꝝ tamē mihi a fide dignus q probabiliter credunt q illam prebendaz dabit illi clerico nisi ego faciam eam peti: tunc pono q faciam peti illam prebendam pro me ipso ⁊ detur mihi: et sic non hēbit illam ille qui alias fuisset habiturus ita dignus habere eam sicut ego queri potest. Si teneor sibi de dāno cum videor sibi prestitisse impedimentum nec consequitur prebēdam: cum tamen ita dignus esset sicut ego habendi eam. Et responderi debet q si hoc feci principaliter animo impediendi ipsum ne consequeretur beneficium: quia dignus erat: teneor sibi ad emendam sm bonorum virorum arbitrium. Si autem non feci hoc animo dānificandi ipsum: sed propter vtilitatem meam ⁊ necessitatem meam supplendam: quātuo non consequatur vtilitatem quam alias consequeretur: non teneor sibi de dāno: quia magis teneor mihi q̄s alij. A simili dico in proposito: ⁊ patet per supradicta quomodo iste casus ad principalem propositum debeat applicari. ¶ Ex predictis patere potest: quomodo iura allegata ad vtrāq partem valeant concordari. Illa enim iura per que probatur est q clerici non possunt cogi ad solutionem exactionum factarum in ciuitate propter vtilitatem boni communis: aut non loquuntur in illo casu quo intendunt excludere a clericis tentionem sordidorum munerum: aut dicere q non tenentur ad angarias: aut si loquuntur in proposito sic intelligi debent q non tenentur quando facultates communibus vsibus deputate ad illa expienda sufficiūt: quia dure esset dicere q in illo casu tenerentur vt. C. de sacrosanctis ecclesijs ad instructiones expressissime dicatur contrarium: quam legem expresse arrogatam non inuenimus. Unde lex talis est ad instructiones itinerum ⁊ pontium: que etiam diuinas domus ⁊ venerabiles ecclesias cum laudabili titulo ascribimus: quare non est inter sordida munera muneratum vel numerandum. Unde mihi iste due decretales videntur nō minus ⁊ aduersus sic exponi debere: vel etiam alia iura sic exponi debere: vt etiam alia iura ad illam partem allegata q̄ isti legi non contrarietur. Dicamus ergo q illo casu loquuntur quādo illa vtilitas nō est communis clericis: sed laicis tantū aut quando fiunt in hoc expense excessiue cōtempto cōsilio clericorum: aut quando ad illa expienda sufficiunt facultates cōmunibus vsibus deputate. ¶ Ex predictis patet quomodo iura ad partem aliam allegata intelligi debeant ⁊ exponi. Et hec de predicta questione ad presens dicta sufficiant: que volo esse dicta sine preiudicio ⁊ temeraria assertione. Et si quid ibi minus benedictus est a melius intelligētibus corrigatur. Qō. XXXI.

Casus secundus

Solutio

Rn⁹ ad arg⁹ prie pti⁹ qō nis.

Ad oppositū ptem

Qō. xi.

QOnsequenter queritur vtrum predicator ratione sui officij teneatur omnia illa facere que docet aut predicat.

Arg⁹.

QVidetur q sic: quia p̄dicator euāgely imitari debet formam illius qui condidit euangelium: sed dominus noster iesus christus qui est conditor euangelij faciebat que predicabat: vnde de ipso dicitur in euangelio. Cepit iesus facere ⁊ docere: ergo videtur q ille qui predicat euāgelū vel docet debet facere qō p̄dicat.

Actū. i.

Contra aliquis non debet portare incommodum de faciendo illud quod alijs prodest predicator alijs predicando facit quod prodest alijs: ergo de hoc incommodum reportare non debet: ergo non facē/

Jn op⁹.

clo illa que predicat: non plus facit q̄ si illa non predicaret. Aliàs enim de sua predicatione que prodest alijs reportare incommodum videretur.

Rñ° **Ad istā questionem** Respōdeo q̄ predicator ratione sui officij non tenetur omnia illa facere que docet aut predicat: sed enim omnia illa faceret que docet aut predicat: hoc perfectionis est nō necessitatis: si aliqua prædicat ad que alias nō teneba. vel si p̄dicat ea ad q̄ alias tenebatur sicut sunt præcepta dei et p̄cepta ecclesie: et aliqua alia ad que teneba fortè ex voto sic ꝛ planum est q̄ ad illa tenet tentione necessitatis: sed cū predicat ea ad que alias non tenebatur nō video qua ratione predicationis ad illa teneatur tentione necessitatis nisi forte in casu vbi si nō seruaret illa esset probabilis occasio scandali in auditoribus per quod posset fieri preiudicium veritati.

Ad op^m. **Argumentum** pro parte ista gratia ēclusionis potest cōcedi: quāuis nō multum robur habeat quantum ad formaz procedendi.

Ad arg^m **Ad illud** quod arguebatur in oppositum potest responderi sic. Cum enim dicis q̄ predicator euangelij debet imitari formam illius qui condidit euangelium ꝛc̄. Dico q̄ si predicator debet imitari formā illius qui condidit euangelium: intelligas necessariaz tentionem: sic dico q̄ verum est quantum ad ea que omnibus necessaria sunt ad salutem. Ad alia autem non tenetur nisi ratione voti: vel ratione scandali loquendo de tentione necessitatis: hoc dico propter hoc q̄ tentionē cuiusdam congruitatis: que tentio propriè dici non debet magis tenentur ad faciendum opera erogationis que predicat q̄ alij qui euangelium non prædicant. Et hec de p̄dicta questione ad præsens dicta sufficiant: et sic patent solutiones ad ea que querebant in nr̄a disputatione ḡfiali.

¶ Explicit secundum quolibetum. Incipit tertium.

A sequēti disputatione querebatur: quedam questiones spectātes ad scientiā speculativam: et quedam ad scientiā practicaz. In questiones speculativas preponebamus illas que respiciunt deum que fuerunt quatuor. Prima respicit deum sub ratione qua est eternitas: que fuit hec. Utrum futura sint realiter præsentia eternitati. Secunda respicit ipsum sub ratione qua est causa esse nature: que fuit b. Utrū actio peccati inquantum actio sit a deo. Tertia respicit ipsum sub ratione qua est causa gratie: que fuit b. Utrū deus sit tota causa cōuersionis impij: ita q̄ impius nihil cooperetur. Quarta respicit ipsum sub ratione qua humana natura est sibi vnita que fuit hec. Utrum in ipso fuerunt aliqua opera imperfectionis.

Qō. I.

Primo ergo queratur: vtrū futura sint realiter p̄sentia eternitati.

Arg^m p^m

¶ Et videtur q̄ nō: q̄ illa non coexistūt q̄ nō existūt: sz futura nō existūt: ergo eternitati nō coexistūt: ergo nō sūt realr p̄sentia eternitati.

Secūdū

¶ Itē si futura sint realr p̄sentia eternitati: pari rōne fuerunt præsentia eternitati ab eterno: sed hoc videtur includere futura fuisse realiter præsentia ab eterno: quod est ronеū.

Tertium

¶ Itē nihil: non est præsens alicui rei nec create nec increate. sed anima antichristi que vēnura est adhuc nihil est: ergo nō est p̄sens alicui rei neq; create neq; increate: nō est ergo realiter præsens eternitati.

Quartū.

¶ Item si alia antichristi realiter est p̄sens eternitati sua creatio realiter præsens est eternitati: ergo apud præsens eternitatis iam creata est. hoc autem videtur includere ipsam nō esse creandam quod falsum est.

Quintū.

¶ Item quod est verum deo simplr verū est: ergo silr q̄d est præsens deo: simpliciter præsens est: ergo si futurum realiter est p̄sens deo simpliciter præsens est realiter: quod falsum est.

Sextum

¶ Itē præsentia est respectus futurorum: sed si omnia futura sint deo p̄sentia nihil est futurorū ipsi deo: et si sic sequeretur q̄ ipse deus nullius rei p̄scius esset.

septimuz

¶ Itē cuius diuina entia sit imēsa: et ita sit p̄sens cuicūq; loco: rū essentie que nō sūt nō coexistūt sibi in loco: ergo silr quāuis diuina duratio que est eternitas sit imensa: videt q̄ res que nō sunt: sibi nō existunt in durādo: sed futura nō sunt: ergo durationi dei realiter nō coexistunt.

Octauū

¶ Itē glosa super illud ad Ro. iij. Qui vocat ea que nō sunt tanq̄z ea que sunt: dicit sic: eligūtur ea que nō sunt: nec errat qui eligit nec vane eligit: tamen eligit: et habet electos quos creaturus est eligendos: quod habet apud semetipsum non in natura sua: sed in præscientia sua. Videtur ergo q̄ futura non sunt præsentia deo in natura sua: sed si essent realiter deo præsentia: sed præsentia deo in natura sua. restat ergo vt videtur q̄ futura nō sunt realiter eternitati præsentia.

In opp^m.

Contra eternitas est duratio immensa: a duratione aūt immensa non dictat aliqua duratio quantūcūq; sit a nr̄o præsenti remotа: ergo futura quātūcūq; a nostro præsenti remota sint realiter eternitati sunt præsentia.

Dearticulatio q̄stionis.

¶ Ad videndū veritatē huius questionis: primo declarandū est q̄ præsens eternitatis totum est ante nostrum præsens: et totum coexistit nostro præsenti: et q̄d est vltra nostrū præsens in infinitum. Secundo ex his cōcludēdū est q̄ futura possunt esse realiter præsentia eternitati: ablaq; hoc q̄ sint i suo præsenti creato. Et tertio cōfirmandus est per auctoritates.

Primus articulus

¶ Primus articulus sic declarari potest. In eternitate non est præteritum nec futurum: sed tantum præsens. Unde Augustinus super ioānē: In veritate que manet præteritū et futurum tion inuenio: sed solum præsens: et ratio est ad hoc: q̄ vbi est præteritus et futurū aliqua mutabilitas est: q̄ ibi aliquid trā sit: et aliquid ibi de nouo aduenit. Eternitas autem immutabilis est: in eternitate ergo solum præsens est: et illud p̄sens est simplicissimum et immensum: et hoc patet quare p̄sens eternitas est illud idem quod est ipse deus. Deus autem simplicissimus est sicut probatum est. Credo sufficienter in quadam questionum mearum: in qua quæritur vtrum deus sit summe simplex. Deus etiam infinitus est vt probatum est: in vna questionum mearum: in qua q̄ritur vtrum deus sit infinitus: et in hoc q̄d probatū est i q̄ deus est infinitus satis p̄batum est q̄ deus est immēsus et ita ex illis duabus q̄nibus satis pōt haberi probatio q̄ præsens eternitatis est simplicissimus et imēsum: vnde ad p̄bādum hoc de nouo nō multū immorandum est maxime cū hoc ab oībus cōcedatur. Accipiā ergo istā pro certa q̄ p̄sens eternitatis est simplicissimū et immensum.

De q̄ vide sco. q. 6. quolibeti artículo. 3.

Cū ergo sit imēsa duratio coexistit nostro præsenti: vel si propius dictū est nostrū præsens existit ei: et ipsum p̄sens eternitatis cuz hoc quod coexistit nostro præsenti simul excedit nostrū præsens: ita q̄ est aut nostrū præsens in infinitū: et vltra nostrū præsens in infinitum: et q̄ est simplicissimū si coexistit nostro præsenti: totū coexistit: et totum est ante præsens nostrum in infinitum præsens: et totū est vltra præsens nostrum in infinitum. Et sic declaratus est articulus primus. s. q̄ præsens eternitatis totū est ante p̄sens nostrum: et totum coexistit nostro præsenti: et quod ē vltra nostrum præsens in infinitum.

Scds articulus

¶ Secūdo ex his cōcludendum est q̄ futura possunt esse realiter præsentia eternitati ablaq; hoc q̄ sint in suo præsenti creato: quod patet sic sicut declaratum est in articulo precedenti. præsens eternitatis totum coexistit nostro præsenti: et cū hoc simul est totum ante nostrum præsens in infinitum. Potest ergo considerari p̄ns eternitatis sub ratione qua totū coexistit nr̄o p̄senti inquātū totū coexistit nostro præsenti: vel inquātū simul cū hoc totū est in infinitū ante nostrum præsens: et vltra nostrum præsens: si p̄deremus in

quantum

quātum totū coexistit nostro pñti: vel iquātum nostruz pño coexistit ei:sic dico q futura non sunt realiter pñtia eternitati:q ex hoc sequeret:q futura essent realiter presentia in nostro pñti:qđ ꝓtradictionez ĩcludit. Et sic dz ĩtelligi verbum quozūdam magnoruz:qui negāt futura esse realiter pñtia eternitati. Si aūt ꝓderet pño eternitatis inq̄ntū totū est vltra nostrū pño l infinituz propter suā infinitatē ⁊ imēnsitatē:⁊ sūmā eius simplicitatē sic videtur dicēdū sine ꝓiudicio:q ea que futura sunt p cōparationē ad nostrum pño realiter pñtia sunt toti eternitati: nec ex hoc sequit illa esse realiter pñtia in nostro pñti:q ex quo ꝓcedo q nō sunt realiter pñtia eternitati inq̄ntuz coexistunt nostro pñti:vel nostrum pño ei inq̄ntuz transcēdit nostrum pño:nullo modo pono ea esse realiter p̄sentia in nostro pñti:⁊ potest poni aliqualiter exempluz: cuius nō per oia simile:diuina essentia tota pño est huic loco:⁊ tota trāscēdit hūc locum:quare tota pño est cuilibet alij loco:⁊ cuz ego dico hec res p̄sens est diuine essentie inq̄ntū pño est huic loco:sequit ⁊ illam rem pñtē esse huic loco:sed si dico:hec res pño est diuine essentie nō inquātum diuina essentia est pño huic loco:sed inq̄ntū trāscēdit hūc locum:ex hoc nō sequit illam rem: quaz dico pñtez diuine essentie:esse pñtē huic loco:⁊ ratio patet ex ꝓdictis quo hoc exemplū ad propositum valeat applicari:ex quo pño eternitatis:vt dictum est ita coexistit toti nostro pñti:qđ simul cum hoc totum trāscēdit nostrum pño ex vtraq; parte in infinitum propter sūmaz eius simplicitatē:⁊ imēnsitatem:⁊ sic declaratus est articulus secūdus. Tertius articulus

¶ Tertio ꝓfirmādum est hoc p auctoritates. Dicit.n. beatus Augustin⁹ libro. 83. q. 18. Sic omne preteritū tam nō ē:omne futuruz nō deest:ergo preteritum ⁊ futurū deest apud deū. Nihil aūt deest:nec preteritū:nec futurū:sed omne p̄sens ē apud deum. Ecce q vult beatus Augustinus q preterita:⁊ futura ꝑ quātum dēsint p cōparationē ad hoc p̄sens:tñ nō desunt apud deum:q: p comparationem ad deum: nec est aliquid preteritū:nec futuruz:sed tm̄ p̄sens. Futura ergo realiter p̄sentia sunt eternitati. ¶ Item dicit Anselm⁹ proslogion. 19. c. loquēs ad deum sic. Nihil ꝓtinet tei ſz tu ꝓtines omnia:ergo eternitas dei simul capit oia tēpora. Et si diceres q loquit de essentia diuina que continet omnia loca:a simili poteo dicere de eternitate:que continet omnia tēpora. Et preterea certum ē q ad litteraz ibi loquebat de habitudine tēporum ad eternitatē:⁊ hoc patet p antecedēte litteram vbi dicitur. Non ergo fuisti heri:aut eris cras:sed heri ⁊ hodie ⁊ cras eo:imo nec heri: nec hodie:nec cras eo:sed simpliciter eo extra omne tempus. Nam nihil est aliud heri hodie:⁊ cras q̄ in tempore:tu autem licet nihil sit sine te:non es tamen in loco: aut tempore:sed omnia sunt in te. nec enim te continet: sed tu contines omnia. Dic patet q ratio expresse nunc loquitur de habitudine temporum ad eternitatem: volens dicere:q ⁊ si deus non sit in tempore:tamē sua eternitas comprehendit omnia tempora. Et hoc patet exp̄ſſius per illud quod dicit Anselmus in capitulo sequenti:vbi dicit sic. Tu ergo domine imples:⁊ complecteris omnia. Postea ponit triplicem expositionem huius qđ dicit deum esse vltra omnia:⁊ in tertia expositione dicit sic. In hoc quoq; non transis omnia ⁊ eterna:quia tua ⁊ eorum eternitas tota tibi p̄sens est cum illa nonduz habeant de sua eternitate quod venturum est:sicut tam nō habetur q preteritum est:sic quippe semper est vltra illa semper tibi sic p̄sens:seu cum illud semper sit tibi p̄sens:ad quod illa nondum peruenerunt. Ecce habes expresse q de mente Anselmi est q aliqua duratio futura tam deo p̄sens est. ¶ Item Anselmus libro de concordia prescientie ⁊ liberi arbitrij loquens de eternitate dicit sic. Quando ibi nihil sit:nisi p̄sens:non est tamen illud p̄sens temporale sicut nostrum. Sed eternum in quo omnia tempora continentur:sequitur quemadmodum p̄sens tempus continet omnem locum:⁊ que in quolibet loco sunt:ita eterno p̄senti simul claudit̄r omne tempus:⁊ que sunt ĩ quolibet tempore. ¶ Qui vult tenere partem istam potest concedere argumentum factum pro ista parte:quia bene pro parte ista videtur facere. ¶ Ad argumentum vero in oppositum sic potest responderi. Cum enim dicit q illa non coexistunt ⁊c. Dico q illa que non coexistunt:non coexistunt ipsi eternitati inquantum sibi nostrum p̄sens coexistit: q sic existerent:⁊ non existerent simul:sed bene coexistunt eternitati inquantum eternitas nostrum p̄sens trāscendit. sic enim non oportet q existant:sed sufficit q verum sit q existēt. ¶ Ad illud quod arguebatur secundo q si futura sint realiter p̄sentia eternitati:q ab eterno fuerūt realiter p̄sentia eternitati ⁊c. Dico q futura ⁊ modo ⁊ semper sunt realiter p̄sentia eternitati: ⁊ ante mundi constitutionem fuerunt realiter p̄sentia eternitati: nec tamen ex hoc sequitur q realiter fuerūt ab eterno: quia sicut non sequitur:futura sunt p̄sentia eternitati:ergo realiter sunt in hoc p̄senti:propter hoc q nō ponuntur realiter p̄sentia eternitati inquantum nostrum p̄sens coexistit ei:sed inquantum eternitas est vltra nostrum p̄sens:ita dico q non sequitur: fuerunt realiter p̄sentia eternitati ab eterno:ergo realiter fuerūt ab eterno: quia non ponuntur fuisse p̄sentia eternitati ante mundi cōstitutionem:inquantum eternitas transcendit primum instans temporis in infinitum a parte ante:sed inquātuz transcendit primuz instās temporis a parte post. ¶ Ad illud quod arguebatur tertio q nihil:non est p̄sens alicui rei: neq; create:neq; increate. Dico q si vocas nihil:illud quod nec fuit:nec est:nec futuruz est:sic propositio habet veritatem. Si autem vocas nihil rem:que modo non est:sed postea futura est:sic dico q talis res quamuis nō sit p̄sens alicui durationi create propter hoc:q nullum p̄sens durationis create habet immēnsitatem cuz simplicitate:sed si ponis ibi simplicitatem: sua simplicitas est ad modum simplicitatis puncti in linea:tamē bene est p̄sens p̄senti durationi increate:que est eternitas:eo q tale p̄sens vt dictum est cum sua simplicitate habet immēnsitatem propter que simul ita totum coexistit modo p̄senti quod simul cum hoc totum est ante nostrum p̄sens in infinitum:⁊ vltra nostrum p̄sens in infinitum:⁊ sic illa res que non est:sed futura est:quāuis non sit p̄sens eternitati inquantuz coexistit p̄senti nostro:p̄sens tamen est eternitati inquantum eternitas nostrum p̄sens transcendit. ¶ Per eundem modum potest solui ad argumentum sequēs:q: eo modo q alia antichristi ponuntur realiter pño eternitati:eo mō sua creatio ponit realiter p̄sens eternitati:nec tamen ex hoc sequit q iam creata sit in hoc p̄senti:sed quare creabit ĩ aliquo istāti:qđ ipsa eternitas comprehēdit. ¶ Ad illud qđ arguebat q nto q illud qđ ē vez deo:simplr ē vez:dico q verū ē deo:verū ē ꝑm iudiciū dei:qđ certissimū ē:⁊ cū dicis postea:ergo qđ est p̄sens deo:simplr pño ē:pōt dici hoc esse verū:si seruo expositionē vniformē dicēdo esse pño deo illud qđ est pño ꝑm iudicium dei:sicut dicebam verū esse illud:qđ est verū ꝑm iudiciū dei:bene est concedēdum est illud qđ deus iudicat esse p̄sens:illud simpliciter est p̄sens:⁊ illud qđ deus iudicat esse p̄sens in p̄senti tpis simpliciter p̄sens ē in p̄senti tpis. Sed ea que futura sunt quando deus iudicet illa esse p̄sentia sibi ratione qua sua eternitas transcendit nostrum p̄sens:non tamen iudicat illa esse sibi realiter p̄sentia sub ratione qua sua eternitas coexistit nostro p̄senti:vel sub ratione qua nostrum p̄sens coexistit ei:⁊

Ad op^m. ꝑ p^a pte.

Ad ꝑ^m arguñtū

Ad 1^m

Ad 3^m

Ad 4^m

Ad 5^m

ideo sequitur q̄ nō sunt psentia in nostro psenti: nec eternitati sub ratione qua sibi coexistit nostrum psens: vel sub ratione qua coexistit nostro psenti: ⁊ tamen vera psentia est eternitati realiter inquantū eternitas nostrum psens transcendit: hoc est inquantum eternitas est vltra nostrum psens. ¶ Ad illud q̄ arguitur sexto q̄ prescientia est respectu futurorum: dico q̄ verum ē respectu futurorum per comparationez ad nostrū psens: q̄ respectu psentis eternitatis inquantum est vltra nostrum psens vel futurum ē: respectu ergo futuroz: q̄ futura sunt p cōparationē ad nostrū ps̄ens dicit sciētia prescientia. ¶ Ad illud q̄ arguebat septimo q̄ q̄uis diuina essentia sit psens cuicunq; loco: tamen essentie que non sunt non coexistunt sibi in loco ⁊c̄. Dico q̄ verum est: ⁊ cum arguis postea: ergo quāuis diuina essentia sit imensa: tamen ea que non sunt: nō coexistūt ei: dico q̄ nō sequitur: q̄ sicut se habet diuina entia ad omnia loca: ita eternitas dei ad omnia tempora: vnde sic debes inferre: sicut essentie que non sunt: non sunt diuine essentie existentes in loco: quāuis diuina essentia sit imensa: ita que nec fuerunt: nec sunt: nec erunt: non sunt psentia realiter eternitati: quāuis ipsa eternitas sit imēsa: ⁊ hoc bene verum est: sed futura quāuis nō sint in tēpore ps̄enti: q̄ modo est: tamē erunt in aliquo tēpore q̄ erit pño: ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄ sint pñtia eternitati sub ratione qua est vltra nostrum pño: q̄ sicut dicit Ansel. ⁊ allegatum ē supra in tertio articulo q̄stionis: eterno pñti clauditur omne tēpus: ⁊ que sunt in quolibet tēpore. ¶ Ad illud q̄ arguebatur postea p quādam glosaz ad Ro. 4. sup illud verbum. Qui vocat ea q̄ sunt tanq̄z ea q̄ sunt: que glosa docere videtur q̄ futura sunt pñtia deo non in sua natura: sed in sua pñtia ⁊c̄. Pōt dici q̄ ille qui tenere vellet istam opinionē: haberet istam auctoritatē pro se exponēdo sic: q̄ futura non sunt apud deum in sua natura: hoc est in natura dei: q̄ quāuis idee naturaruz futurarū sint ipsa natura diuina: tamē ipse creature future non sunt diuina natura: ⁊ tamē sunt in dei pñtia sicut dicit glosa in quātum dei eternitas est vltra nostruz pño: sicut pluries dictum ē. Qui autē non vult tenere istaz opinionē tenēdo q̄ ipsa futura non sunt realiter pñtia eternitati: sz tm̄ modo idee ipsoruz q̄ sunt idē q̄ ipse deus: p quas ideas ipsa futura pñtia sunt in dei cognitiōe: quare ita certe cognoscit ea: sicut si essent pñtia. Posset cōcedere argumētum pro parte ista gratia conclusionis.

Ad 6m.

Ad 7m.

Ad 8m.

Ad opm. pro 2a pte

Ad argumētum in oppositum posset sic rēdere: dicēdo q̄ quanuis eternitas dei sit duratio imēsa: ⁊ quāuis non distet ab ea aliqua duratio: que sit: tamē ex hoc nō sequitur q̄ illa duratio que non ē sibi realiter pño sit. Futurum autē dicit durationē: que non deest: q̄ q̄ futurum ē: nondum ē: ⁊ ideo nō oportet q̄ futurū tēpus realiter psens sit eternitati: ⁊ ex consequēti nec ea q̄ non sunt: q̄ tamē erūt in futuro tēpore. Dicunt ergo in sūma q̄ quāuis eternitas dei propter suam imēsitatē: quātum ē ex parte sua simul posset apphēdere realiter omne tēpus pño: ꝓteritum: ⁊ futurū: tm̄ quare illud q̄ non ē nulli realiter pño ē: ideo pōt ita ⁊ futura nō sunt realiter eternitati pñta: nō propter aliquā artationē ipsius eternitatis: q̄ ipsa vt dictuz est habet imēsitatē: sed propter ꝓteritoxum ⁊ futuroxum non entitatē. Et que dicta sunt de hac questione sine prejudicio: ⁊ temeraria assertione dicta sunt. Q̄. II.

Hūc q̄nis titulū hēo ⁊ 1 p̄. di. 39. ar. 1 q. 1. huius doctoris sic nō sic diffuse.

Q. 2. Arg.

Qonsequenter queritur vtrum actio peccati inquantum actio sit a deo. ¶ Et videtur q̄ nō: q̄ vt videtur tunc esset causa mali culpe anne xi illi actioni: quod falsum ē: q̄ malū culpe a deo non est.

In opp.

Contra deus est causa effectiua illarum actionum est enim causa prolio: que nascitur per formationem: sed non esset causa effectus qui producitur p talem actionem: nisi esset cā talis actionis inquātū actio est: ergo deus est causa actionis peccati inq̄ntuz actio est.

Rñ.

Respondeo ad vidēdum veritatē huius quēstionis clarius: procedēdum ē sic. ¶ Primo. n. ostēdēdū ē q̄ actio peccati inquātū actio: est a deo. ¶ Secundo ostēdēdum ē q̄ non est a deo sub ratione qua mala: loquēdo de malitia culpe. ¶ Tertio ō clarandum est quomodo hoc ē possibile. ¶ Primuz articulum declaro sic. Actio peccati inquātum actio ē a libero arbitrio vt sub ratione qua liberum arbitrium est: nō de aliquo: q̄: sic illud ab eo sub ratione qua mala: malitia culpe est: ergo a libero arbitrio inquantum liberuz arbitrium: est a deo: sed si actio peccati inquantū actio ē a libero arbitrio inquantum liberum arbitriū est a deo: sequitur: ergo q̄ actio peccati inquantuz actio est a deo. ¶ Item secundarium movens non movet: nisi in virtute primi moventis: q̄: sicut dicitur in cōmento super primam propositionem de causis causa prima adiuuat secundam causam super operationem suaz: qm̄ omnē operationem: quaz secunda causa efficit: prima efficit. Verū tamen effectu causa per modum altioxem: ⁊ sublimioxez: ⁊ paucis interpositis subiungitur: q̄ non agitur causatū cause secunde: nisi per virtutem prime cause. In motione autem illius actionis que subtracta est malitie liberū arbitrium movens est: ⁊ constat q̄ non est movens primarium: q̄ solus deus est primus motor: non movet ergo liberum arbitrium: nisi in virtute ipsius dei: actio ergo peccati inquantum actio est aliqua actio sicut a mouente secundario: ⁊ a deo sicut a motore primario ⁊ principali. ¶ Item actio peccati inquantum actio dicit ens quoddam nature: omne autem ens nature: si creatum ē a principio nature creatum est: deus autem est principium omnis nature: actio ergo peccati actio inquantum ē actio a deo est. ¶ Itez Augustinus tertio de trinitate capitulo quarto dicit sic. Voluntas dei est sūma: ⁊ prima causa omnium corporalium specierum: atq; motionum: sed actio peccati inquantum actio quantum ad actionem interioxem est quedam motio spiritualis: ⁊ quantum ad exterioxem motionem: est quedam motio corporalis: ergo voluntas dei est prima: ⁊ sūma causa actionis ipsius peccati ꝑm q̄ actio est siue loquamur de actione interiore: siue de actione exteriore. Actio ergo peccati inquātū actio: a deo est. Et hec de primo articulo dicta sint. ¶ Secundo ostendendum est q̄ non est a deo sub ratione qua mala loquendo de malitia culpe: ⁊ hoc declaratur sic. Malitia defectus est non effectus. Unde Augustinus. 11. de ciuitate dei capitulo. 10. dicit sic. Mali nulla natura ē: sed amissio boni mali nomē accepit: malitia ergo causam habet deficientem: non efficientem. Deus autē non est causa deficiens: sed efficiens: ergo ita est causa actionis q̄ nō est causa malitie: cum illa actio subtracta est. ¶ Item deus non punit pro eo q̄ ipsemet facit: sed ipsemet punit pro malitia actionis: ergo non est causa malitie in actione. ¶ Item ad hoc sunt auctoritates. Dicit. n. Augustinus in libro de moribus ecclesie. Deus defectus creature non est auctor: qui essendi tm̄ auctor est. ¶ Item Fulgentius: q̄ nullius rei deus est vitor cuius est auctor. ¶ Item Augustinus de ciuitate dei libro. 12. capitulo secundo. Nemo querat causam efficientem male voluntatis: non enim est efficiens: sed deficiens: q̄: illa non est effectio: sed defectio. Ex his auctoritatibus potest concludi q̄ in secundo articulo proponebatur: scilicet q̄ actio peccati sub ratione qua mala malitia culpe nō est a deo. Et hec de secundo articulo dicta sint. ¶ Tertio declarā dum est quomodo hoc sit possibile q̄ actio peccati sub rōne q̄ actio ē a deo: ⁊ tm̄ malitia culpe cui illa actio subtracta ē: nō ē a deo. Ad cuius intelligētiā: sciendū ē q̄ deus

Primus articulus

Petī actio inq̄ntū actio: ideo est.

Secūdus articulus

Malitia nō ē a do

Tertius articulus Ad 5 vi de sco. in 2. di. 37. q. 1.

dicit

dedit creature rationali liberam voluntatem ad hoc vt per ipsam in suum actorem tenderet: non ad hoc vt per eam a suo actore recederet. ¶ Item sciendū q defectus in actu voluntatis est a voluntate ratione defectibilitatis que defectibilitas voluntatis a deo nō est. Ipsi enī actio in quantum actio ab ipsa voluntate que est a deo creata est. ¶ Item deus non tenet prohibere defectum in actu ipsius voluntatis: sed voluntas tenetur ipsum defectus prohibere per suam libertatem. ¶ Item ille defectus in actu voluntatis: ita est accidens illi actui: quia a voluntate causatur per se: q non attingitur ab ipsa voluntate: q sicut dicit Diony. c. 4. de di. no. Nullus respiciens malum facit que facit. Non enim dicitur q ille effectus: ita sit effectus per accidens: sicut inuentio thesauri huius: quod est velle seminare bladū: q hic effectus aliquo modo attingitur a causa: sed dicitur effectus per accidens: q non intenditur: q non sequitur de necessitate ad suam causam. Si ergo consideremus ista quatuor videlicet q ista deformitas que dicitur malitia actionis ita est effectus huius voluntatis q non attingitur a voluntate: quāuis accidat effectui per se ipsius voluntatis. Et q est a defectibilitate libere voluntatis: que defectibilitas non est data creature rationali ad hoc deficiendum: hoc est dictu q propter talem finem data non est. Et q deus illum defectum prohibere non tenetur: quāuis voluntas teneatur prohibere illum defectum per libertatem quaz a deo accepit: videre poterimus quomodo hoc sit possibile q deus non sit causa malitie culpe: quāuis ipse deus causa sit ipsius actionis que ipsi malitie subtracta est. Et hec de tertio articulo dicta sint. ¶ Concedendum est ergo q actio peccati inquantuz actio a deo est. ¶ Argumentum pro parte ista concedi potest.

Rñ° q̄nis. Ad op^m. Ad arg^m

Ad argumentum in oppositum facto patet. Rñdeo p illud qđ in tertio articulo questionis dictum est: ñ oportet inspiciantur: que ibi dicta sunt. Et hec de predicta q̄stione ad presens dicta sint. Questio. III.

Nō.3.

QOnsequenter queritur vtrum deus sit tota causa conuersionis impij: ita q impius nihil cooperetur ad hoc.

Arg^m.

QVidetur q̄ sic: q nullius effectus excedit suam causaz: sed gratia excedit impium: ergo respectu gratie impius non videtur habere aliquaz causalitatē: sed conuersio impij est per gratiam ergo tē. sed si cōparetur ad suam conuersionē respectu sue conuersionis haberet aliquam causalitatem: ergo videtur q impius nihil cooperatur ad suam conuersionez.

In op^m.

Contra deus conuertendo illum: et non alium: videretur accepta personaruz: qđ falsum est q sicut dicitur actuum. 10. in veritate compi q non ē accepta personaruz deus: sed in omni gente qui timet deum: et operatur iustitiam acceptus est illi.

Dñctio q̄nis

Ad videndum veritatē huius questionis: sic procedendum est. ¶ Primo declarandum est q conversio impij per priuilegium speciale potest esse a deo sine comparatione impij. ¶ Secundo declarandum est q in illa cōuersione impij que est de lege cōmuni comparatur impius in disponendo se. ¶ Tertio declarandum est q̄ per sionis impij: tam illius que est de lege cōmuni q̄ illius q̄ fit modo priuilegiato: cōplementū est a solo deo. ¶ Primum articulus ego declaro sic: ponatur aliquis impius dormiens perfecte: nullum habens perfecte vsum rationis: nec completum nec incompletum: in isto impio sic dormiente: non videmus aliquem actuz contrarium cōuersionis sue: quicquid ergo est in eo contrarium cōuer-

Primus articulus

sioni est in eo per modum habitus siue positiui: siue priuatiui: q̄ hic loquor large de nomine habitus. s. prout se extendit ad habitum propriae dictum: et ad priuationem alicuius boni debiti: qđ bonum debitum non est aliquid intellectus nec voluntatis. Certum est autem q habitū positiuum si aliquis esset repugnans conuersioni: posset deus destruere in dormiente infundendo habitum oppositum quāuis ille dormiens nihil cooperetur. Videmus enim q ignis in materia aque posset destruere formam aque absq̄ hoc q ipsa materia cooperaretur aliquid agēdo: multo fortius deus potest destruere in dormiente aliquē habitū etiamsi cāndo sibi ipsum habitū priuatiuum posset destruere cāndo in dormiēte: vel restituendo dormienti illū bonū debitū: cuius ille habitus priuatiuus erat absq̄ hoc q ipse dormiens cooperet. Sicut videmus q̄ cārētia luminis q̄ ē in aere sol destruit irradiādo lumē suū in aere: absq̄ hoc q ipse aer aliqd coagat: sed sufficit q̄ patiat: multo fortius posset de° destruere tenebras priuationis i aia dormiētis infundēdo habitū luminis absq̄ hoc q ipse dormiēs aliqd coagat: q̄ sufficit q̄ patiat. peccata enī sunt q̄dā tenebre spūales in aia: ita vt pp ista tenebras mētes peccatoz tenebre appellarent in euāgelio sm Joā. sm q̄ exponit beatus Augu. 4. de trini. c. 3. vbi posq̄ dixerat in fine. c. 2. Lux i tenebris lucet: et tenebre eā nō cōprehēderūt: statim subiungit in pncipio. c. 3. q tenebre sunt stulte mētes homim prana cupiditate ac impia delitate cecate. Et si dicas q sol nō repellat tenebras aeris nisi esset in aere: dispositio ad luminis susceptionē: ergo simili ipse deus nō pōt repellere tenebras mētis p irradiationē luminis gr̄e: nisi in mēte sit dispositio ad huius luminis susceptionē. Si sic velles istare: instantia hec posset remoueri sm q̄ dā volūt: dicendo q̄ sol corporalis ē limitate virtutis inq̄ntū cātum est: ideo ad hoc q̄ illuminet ipm aerē: requirit dispositio in aere. De agēdibus enī limitate virtutis dicūt debere intelligi auctoritatē phi 2. de aia: q̄ actus actuoz sunt i patiēte bñ disposito. Deus aūt ē agēs infinite virtutis: et ideo posset si placeret ei infundere lumē gr̄e ipsi aie: p qđ removerent tenebre peccatoz: ab aia sine aliqua dispositione precedēte. Vel pōt dici q̄ si aliqua dispositio requiret de necessitate: ita q̄ sine illa nō posset aia a deo recipe lumē gr̄e vllo modo: q̄ non oporteret illā dispositionē esse aliquā actionē precedentez ab ipsa aia: sed posset esse aliqua dispositio: quia ipse deus posset facere in aia: ipsa aia non agēte ad hoc: sed tñmodo patiente: posset ergo ipse deus ex priuilegio speciali si placeret ei repellere tenebras peccatoz ab ipso nō se disponente: et hec de primo articulo dicta sint. ¶ Secūdo autem declarandum est q in illa conuersione impij que est de lege cōmuni: cooperatur impius in disponēdo se. Hoc enim exigit dei iustitia de cōmuni lege vt qui volūtarie quantum in se est deo subtraxit honorez debitū (qđ facit homo in peccando) gram dei amplius non habeat nisi emendare conet voluntarie penitendo. Hoc ēt consonat diuine materie: quare cū peccator volūtarie disponat se ad hoc: vt habeat gram dei: ex hoc puerso suo ordine partibus laudabilior redditur q̄ si ipso non cooperante iustificaretur. Hoc etiam est consonum diuine prouidē tie: q̄ in hoc prouidit deus hominibus iustis de cautela contra peccatum. Cum enim viderunt q̄ nullus impius habens vsum libere arbitrij: nisi cooperante suo libero arbitrio iustificatur: ex hoc cum maiori solicitudine euitatur peccatum. Si ergo de lege commuī non conuertatur impius: nisi ad suam conuersionez cooperetur. Huic concordat Augustinus super Joannez dicens sic. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te. Huic etiam concordat Bernardus de libero arbitrio dicens sic. Profecto quoscunq̄ trahere: vel compellere videtur ad salutem benignissimus pater: qui omnes vult saluos

Scdo articulus

Joā. 8°

Obiectō

Solutio

L. c. 14.

fieri:nullum tñ iudicat salute dignū nisi qđ ante probauerit voluntarium:hoc quippe intendit cum terret:vel percutit:vt factat voluntarioo non vt saluet inuitos.

Querit nōbile. Rñ°

¶ Quid ergo dicet de paulo de quo legitur actu.19. qp conuertit eum christus dum ipse esset in actuali voluntate persequendi christianos. ¶ Hinc volunt aliqui dicere qp paulus non cooperatus fuit ad suam conuersionē. Unde dicunt ipsum conuersum fuisse modo priuilegiato. Ego autem dico qp quāuis deus priuilegium speciale sibi fecerit:non tamen conuersio est modo priuilegiato. De quo dictum est in primo articulo questionis:hoc est qp sit conuersus ipso penitus nihil cooperante: imo credo qp suam iustificationem aliqua preparatio precessit tē pore breui:vel saltem causa.deus enim gratuita liberalitate sua primo ipsius pauli excitauit affectum: affectus excitatus quod in se fuit disposuit semetipsum:et tūc deus lumen gratie infundendo instituit ipsum: nec mirum sed in modico tempore omnia ista fuerunt facta: quia sicut super iocum predictum dicit glosa. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Et hec de secundo articulo dicta sint.

Tertius articulus

¶ Tertio declarandum est qp conuersionis impij tam illius que est de cōmuni lege q̄m illius que fit modo priuilegiato:complementum est a solo deo:quare cōplementum conuersionis impij siue fiat de lege cōmuni: siue modo priuilegiato est per infusionem gratie gratum facientis:sed gratia gratum faciens causatur in anima a solo deo:ergo complementum conuersionis impij est a solo deo. Hinc concordat verbum apostoli ad ephe.2. vbi dicit sic. Gratia saluati estis per fidem:et hoc non ex vobis.dei enim donum est. Hinc etiam concordat quod dicit Augustinus et recitatur a magistro.2.libro sententiarum di.27. Q. virtus est bona qualitas mentis: qua recte viuitur:et qua nullus male vtitur:quod deus solus in lumine operatur. Et hec de tertio articulo dicta sufficiant. ¶ Ex dictis patet quomodo solui possit argumentum ad vtranq; partem questionis.

Ad arg^m

¶ Cum enim primo vio probare qp nullus impius cooperatur ad conuersionem suam per hoc qp nullus effectus excedit suā causam tē. Dico qp quāuis gratia non sit effectus impij: tamen ipse per motum sui liberi arbitrij si in ipsum deum disponit se ad recipiendum illum effectum.

Ad op^m.

Argumētum autem ad partem aliam per qđ intēdit probare qp deus nō posset cōuertere impium:nisi enim ipso iperio coopante:nō concludit.si enim essent duo equaliter peccatores: et vni deus infunderet habitum gratie ipso non disponente se: sed perfecte dormiente:et alij qui etiam se nō disponeret: deus gratiam suā non infunderet:non propter hoc esset acceptor personarum:quare neutri istorum deus debitor est:vnde si vnum iustificat ex priuilegio speciali:alii nō: de iure conqueri non potest:imo si cōquereretur:sibi dici iuste in persona dei posset illud verbum euangelij: nō facio tibi iniuriam:aut non licet mihi qđ volo facere:an oculus tuus neq̄m est:quare ergo bonus sum:tunc enim acceptio est personarum quando vnus equaliter tenetur duobus:et vni subtrahit totum debitum suum: vel partē debiti:et dat alij. Deus aūt nulli ipso debitor ē alicui^s beneficij. Et hec de p̄dicta q̄one dicta sint sine preiudicio.

Act.2. Acceptator ꝓsonarū quis. Nouet et hāc q̄em doctor in 4.di.17. ar.4.q.1. Nō.4.

Questio. IIII.

QOnsequenter queritur vtrū in christo fuerint alia qua opera imperfectionis.

Arg^m. Ciceri. ex de verborū significatione.

QVidetur qp sic per dominum Nicolaum papam in illa decre. Exit q seminat:vbi dicit Nicola^s. Egit nāq; christus:et docuit perfectiōis opera: egit etiam infirma:vt interdum in fuga patet et loculis:videtur ergo qp in christo fuerūt aliqua opera iperfectionis.

Contra qui facit opera imperfectionis a perfectione sume rectitudinis dicitur curuari: sed sm Nicolaum papam in predicta decretali. Christus a sūme rectitudinis imperfectione:non fuit curuatus: ergo nunq̄m habuit opera imperfectionis.

In opp^m

Ad istam questionem respondeo qp in christo quedam fuerunt opera competentia statui infirmorum:et opera cōpetentia statui pfectoꝝ:et tñ omnia opa prout fuerūt in christo:fuerūt opera pfectionis:qđ aūt in christo fuerint opa cōpetētia statui infirmoꝝ illud patet qꝝ christus vt legit in euangelio loculos habuisse:et q̄nq; pfecutionē aduersarioꝝ fugisse:que opa cōpetentia sunt statui infirmorū:et hoc fecit christus:vt ipsecti nō desperarēt:nec statum suū dānabile crederent esse:vnde dicit Nicola^s papa in illa decretali exit qui seminat de christo:qp egit et infirma sicut interdū in fuga patet et loculis:sicut dicit. ꝯ. ea.decre. Hoc fecit christus vt iperfectoꝝ infirmas semitas nō dānaret. In christo ēt fuerūt opa cōpetētia statui pfectoꝝ:qꝝ christus tenuit altissimam pauptatē:qđ competit statui pfectoꝝ. Q. aūt tenuerit altissimā pauptatē patet per illud qđ dicit de se ipso. Matth.8. vbi dicit sic. Vulpes foueas hñt:et volucres celi nidos: filius autem hois nō habet vbi caput suū reclinet. Q. aūt sūma pauptas spectet ad pfectionē:patet per illud qđ dicit saluator Matth.19. vbi dicit sic. Si vis pfectus esse vende oia q̄ habes et da pauperibus:et habebis thesaurū in celo:et veni:et sequere me. Et sup illud verbum oia dicit glosa. Interlinearis nō partē.q.d. nihil sibi retinere:nec partem: nec totum spectat ad perfectionem. posuit etiam pro nobis vitā suā:qđ fuit opus maxime pfectionis. Unde ipse dicit Joh.15. Maiorē hac dilectionē nemo habet: vt aliq̄s suā ponat quis pro amicis suis:et accipit ibi animam pro corporali vita. Dico ergo qp oia opa christi fuit fuerūt in christo fuerūt opa pfectionis. Sicut.n. dicit beat^s Augu.de vera religiōe. Tota ei^s vita fuit disciplina morū ipse significat p exēpla de quo dictū ē Matth. Unde et sic sm exēplar qđ tibi in monte est monstratū. ¶ De pfectione aūt exēplaris est in doctrina morū:qp in ea iuenit multiplex modus imitādi ipm:et ideo illi opa in quibus ꝑdescendit infirmis prout in christo fuerūt: pfecta fuerūt saltē formaliter: quare forma operū in genere moris charitas est:et oia opa iesu christi:tam illa in quibus viā pfectionis exercuit q̄m illa in quibus interdum infirmorū iperfectionibus ꝑdescendit ex pfectissima charitate p cesserūt:et ideo in oibus suis operibus viā perfectionis extulit. Et hinc concordat illud quod dicit Nicolaus pontifex in predicta decre. Exit qui seminat:vbi dicit ō christo sic. Ex sūme charitatis dignatione ad actus quosdam nostre iperfectionis cōformes inducitur: qp a sūme perfectionis rectitudine non curuatur. Sic ergo patet qp in christo fuerunt quedam opera competentia statum infirmorum. Et opera competentia statui perfectorum: et tamen omnia opera christi prout fuerūt in christo opera perfecta:perfecta fuerunt. Et qp hanc sententiam pulchre dicit Nicolaus papa in predicta decreta. Exit qui seminat:in illo passu vbi plures auctoritates pro ista questione accepi. Ideo totū illud ponamus:sicut in littera iacet:et si quid in ista questione dictum est qđ repugnet illi littere habeatur pro falso:et si totum qđ dictum est in ista questione illi littere concordat: habeatur pro vero. Credo tamen qp nihil repugnans illi littere in hac questione dixi. Ecce verba domini Nicolai. Sicut ipse christus:cuius opera sunt perfecta in suis actibus viam perfectionis exercuit:qp interdum infirmorum imperfectionibus condescendens viā perfectionis extolleret:et imperfectorum infirmas semitas non damnaret: sicut infirmorum personam christus suscepit in loculis: sic et

Exo.25.

in nōnullis

in nō nullio alijs infirma humane carnis assumens put euāgelica testat hystoria qp nō tm̄ mente: sed t carne cō descendet infirmis. Sic.n. humanā nām assumpsit qp in suis operibus perfectus existēs in nostris humilis fact⁹ t in ppria pmānt excelsus: sic ex sume charitatis dignatione ad actus quosdā imperfectioni nostre conformes i ducitur qp a sume perfectionis rectitudine nō curuatur. Māq egit christus: t exercuit perfectionis opera: egit ēt infirma sicut interdū in fuga patet: t locutus: sed vtrūq; perfecte perfectus existēs vt pfectus: t imperfectis se viam ostēderet: qui vtraq; saluare venerat: qui tādē p vtriq; mori voluit. ¶ Ex predictis patet quomodo solui debeant argumēta ad vtrāq; partem. Luz.n. primo intendit probare qp in christo fuerunt aliqua opa imperfectionis: ex dictis patet quomodo solui debeat: q; illā opa in quibus condescendit infirmus prout fuerunt in christo: fuerunt opa pfecta formaliter: q; ex pfectissima charitate p̄cesserūt. Patet ergo quomodo solui debeat argumētum ad illā partem: q; non potest per hoc cōcludi qp christus vnq; fuerit curuatus a sume rectitudinis pfectione: quare ad pfectionez sume rectitudinis ptinebat ex perfecta charitate condescendere infirmis. Et potest ad hoc poni aliquale exemplum: quāuis longinquum: si quis pretiatus videns subditum suum tristem nimis: t sibi cōdescendendo ex charitate secum loquatur quedaz verba solatiosa que nullam inhonestatem contineāt per que subditum letificet: quāuis sint verba iocosa non deuint propter hoc a perfectione: q; formaliter loquēdo hoc opus in prelato interdum magis est perfectum: q; hoc non facit propter infirmitatem propriam: sed ad supportandum t sublenandum infirmitatem alienam. Et hec de predicta questione sufficiūt dicta sint.

Ad arg^m

Questio. V.

Respondeo q̄ pōt ee casus i quo peccaret mortaliꝛ: ꝛ casus i quo venialr. ꝛ casus i quo mererer. In illo enī casu in quo si nō reciperet videret ecclesie imminere graue ꝛ notabile dispendiū ꝛ periculum de propinquo ꝛ probabiliter: peccaret mortaliter si non reciperet. ¶ Item si artaretur per superiorio obedientiam ꝛ non reciperet peccaret etiam mortaliter. ¶ Item si se mutilaret vt si esset inutilis nisi hoc faceret per spiritumsancti dispensationem peccaret ne illa dignitas sibi daretur vel imponeretur non videndo ecclesie imminere periculum nisi reciperet: sed timens recipere onus propter pigritiam vel pusillanimitatem peccaret veniaIiter. Si autem per modum licitum procuraret ne illa dignitas sibi daretur vel imponeretur non videndo ecclesie imminere periculum nisi reciperet cum alij essent sufficientes qui eam recipere vellent si eis daretur vel imponeretur: si hoc faceret propter humilitatem timendo ne in regimine oberraret sic dico q̄ meretur.

Ad primum argumentū cum dicitur q̄ scienter praestat impedimentum ad illud quod est occasio merendi ꝛ cetera. Bene concedo q̄ si hoc faceret sub illo intuitu q̄ mortaliter peccaret: sed si hoc faceret timeno sibi occasionem ruine non mortaliter peccaret nisi per modum illicitum scilicet se mutilando: vel per aliquid simile hoc procuraret vel superiore obedientie cō traiaret. Ex predictis in questione patet quomodo ad argumentum ad aliam partem debeat responderi.

Questio. XXII.

Tertio queritur Utrum magister teneatur recipere questionem pro qua incurret malivolentiam quam questionem est vtile scire.

Videtur q̄ sic: quia sm philosophum primo ethicorum capitulo septimo videtur sortitum melius esse oportere pro salute veritatis ꝛ familiaria destruere specialiter q̄ philosophos existentes. Ambobus enim existentibus amicis sanctū est honorare veritatē.

Contra apostolus ad Romanos duodecimo. Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes.

Respondeo q̄ posset casus esse: in quo peccaret mortaliter ꝛ casus in quo peccaret venialiter si non reciperet: ꝛ casus in quo non recipiendo mereretur. In casu enim in quo si non reciperet questionem deliberatiue aduerteret fieri preiudicium veritati fidei vel moribus non recipiendo peccaret mortaliter ꝛ maxime si probabiliter coniecturaret q̄ illam questionem recipiendo ꝛ determinando illo periculo obviare posset. ¶ In illo autem casu in quo videretur probabiliter q̄ si questio non reciperetur in nullo preiudicaretur fidei vel moribus. videret tamen q̄ hoc fore auditoribus vtile esset: si illam questionem dimitteret recipere ne illorum incurreret malivolentiam a quibus bonum recipit vel recipere posset. sic dico q̄ posset peccare venialiter. In illo autem casu in quo si questionem nō reciperet estimare probabiliter non fieri preiudicium fidei vel moribus: sed hoc faceret pro conseruanda charitate ꝛ pro vitanda turbatione ꝛ scandalo ꝛ malo iudicio que ex receptione ꝛ determinatione illius questionis oriri possent: sic dico q̄ mereretur. Ex predictis patet quid dici debeat ad argumentum ad vtramq; partem.

Ad primum cum dicitur q̄ ambobus existentibus amicis sanctum est honorare veritatem ꝛ cetera. Dico q̄ verum est: sed non honoratur veritas quandocunq; dicitur: sed quando dicitur loco ꝛ tempore ꝛ modo ꝛ sub alijs debitis circumstantijs quibus obseruatis veritas honoratur cum dicitur.

Sed qui dicit veritatem quando vel vbi vel tali modo q̄ ex dictione veritatis probabile est q̄ oriatur scandalum vel turbatio vel discordia vel mala iuuidia non honorat veritatem.

Ad argumentum ad aliam partem cum dicit q̄ debemus habere pacem cum omnibus si possumus ꝛ cetera. Dico q̄ hoc intelligendum est si hoc possumus sine preiudicio fidei ꝛ morum. Aliter enim diceretur q̄ pati mala praeponenda est guerra bona. melius est enim contra falsitatem ꝛ malicia cum aliquorum discordia q̄ cum eorum concordia locum praebere: dissimulando malitie ꝛ falsitati.

Questio. XXIII.

Quarto queritur Utrum electus in episcopatum ignarus in sacra scriptura ꝛ requisitus vtrum sciat vetus testamentum ꝛ nouum: ꝛ respondet si scire peccat mortaliter.

Videtur q̄ non: quia si peccaret mortaliter teneretur resignare episcopatui propter illud peccatum mortale obtentum: sed non dicitur q̄ taleo resignare teneatur: ergo sic respondendo non peccat mortaliter vt videtur.

Contra mendacium pnicioſum peccatum mortale est: sed talio sic rñdēdo mētitur mendacio.

Respondeo q̄ ille electus ignarus i sacra scriptura aut est ignarus in sacra scriptura ex toto: ita vt etiaz decalogi ꝛ fidei articulos ignoret: aut est ignarus non ex toto sed in parte: quia quamuis nesciat sacram scripturam sicut illi qui promoti sunt in scientia: tamen mandata ꝛ articulos fidei ꝛ virtutes ꝛ sacramenta aliquo modo in generali scit. Si est ignarus primo modo credo q̄ respondendo se scire vetus testamentum ꝛ nouum ex deliberatione peccat mortaliter qui vt arguebatur scienter ꝛ ex deliberatione mentitur mendacio pernicioso: quia mendacium tale est in preiudicium vtilitatis animarum que tuo regimini committuntur: si talio responsio necessaria est ad hoc vt sua promotio impediatur. Si autem est ignarus secundo modo non auderez dicere q̄ sic respondendo peccaret mortaliter: quia consuetudo que secundum iura est optima legum interprete. extra de consue. cum dilectus. sic obtinuit vt illa questio sic intelligatur scilicet vtrum sciat vetus testamentum ꝛ nouum quantum ad ea que scire est necessitatis in prelato. vnde si scit de veteri ꝛ de nouo ea que necessarium est scire prelatum: ꝛ hec sunt illa sine quorum scientia non potest competenter exequi suum officium: respondendo se scire vetus ꝛ nouum testamentum: respondet verum secundum intentionem quam querens habere debet in talem questionem querendo: ꝛ ideo non mentitur. Si autem nescit de veteri ꝛ nouo testamento ea que necessaria sunt ad executionem sui officij: respondendo se scire vetus ꝛ nouum testamentū non respondet verum secundum intentionem quam querēs habere debet in talem questionem querendo: ꝛ ideo mētitur. Si autem de veteri nescit nec de nouo ea que sunt necessaria ad executionem sui officij: respondendo se scire vetus ꝛ nouum mentitur mendacio pnicioso in preiudicium animarum ꝛ mortaliter peccat. Per hoc patet quid dici debeat.

Ad argumentum ad vtramq; partem: cum enim dicitur in primo

Ad .22. Arg^m. Contra. Rñ^o Ad arg^m

Ad .23. Arg^m Contra. Rñ^o Ad arg^m

Scriptura expositio a veritate q̄ proponitur cū adeq̄tiõe diuenire Ad aliaz partem.

Ot ō dñs marco legitur. Raro ꝺ q. habet i practica pp crucē ābientiū omniū / que diffusum.

primo: quia talis teneretur resignare ⁊ cetera. Dico q̄ aut postq̄ recepit episcopatum iudicit de veteri ⁊ nouo ea que sunt necessaria ad executionem sui officij aut nō si non credo q̄ resignare teneatur: quia quilibet habens officium regiminis animarum si non habet ea que sunt ad executionem sui officij necessaria tenet illud officium in preiudicium animarum suo regimini commissarum ⁊ ex consequenti in proprie salutis detrimentum. Si autem postea factus est sciens eorum que sunt necessaria ad executionem sui officij quāuis eorum esset ignarus cum ab eo fuit quesitum si sciret vetus ⁊ nouum testamentum non credo q̄ resignare teneatur quāuis respondendo se scire mortaliter peccauerit: vt dictum est: nec obstat quod dicitur acquiritur cum peccato qz q̄ cum peccato mortali acquirit quandoq̄ homo resignare non tenetur: vnde mulier illud qđ lucratur cuz mere tricio resignare non tenetur. Vel potest dici ſm alios q̄ etiam talis resignare tenetur cum hoc obtinuerit non tantummodo tacita veritate sed expressa falsitate si talis responsio necessaria est ad hoc vt sua promotio non impediatur.

Sēguit enī subdit oz regit de manibus prelatorum.

Ad aliaz partem

Argumentum ad partem aliam intelligendum est de illo qui est ignarus ita q̄ nescit de veteri ⁊ nouo testamento ea que sunt necessaria ad exequutionem sui officij: talē enim concedo mortaliter peccare cum requisitus respondet nouum ⁊ vetus testamentum se scire: si sine tali responsione non promoueretur. Questio. XXIIII.

Qō. 24.

Qō nsequenter queritur vtrum ille peccat q̄ tali electo munus confirmationis impendit.

Arg^m

Qꝫ Videtur q̄ nō: quia qui facit qđ facere tenetur non peccat: sed rite electum circa cuius personam nihil excipitur tenetur confirmare ille ad quem spectat confirmatio. ergo confirmans illiteratuz rite electum si propter defectum illum vel alium circa ipsuz nihil excipitur non peccat.

Contra

Contra qui confirmat electum qui defectum patitur propter quem promoueri non debet ⁊ promotus deponi peccat: sed patiens notabilem defectū in litteratura promoueri non debet. extra de elec. congregato. ⁊ promotus deponi: extra de etate ⁊ qualitate: ordinandorum. capitulo vltimo: ergo peccat qui tali munus confirmationis impendit.

Rn^o

Respōdeo q̄ qui electum ignarum in sacra scriptura in tantuz q̄ nescit de sacra scriptura ea que sunt necessaria ad executionem sui officij confirmat: scieno eum esse talem: certum est q̄ peccat. Si autem ignorat eum esse talem si non adhibuit debitam diligentiam ad deueniendum in cognitionez illius insufficientie etiam peccat: quia qui electum confirmat eum debet examinare diligenter vel per bonos viros facere examinari maxime si de insufficientia illius litterature dubitetur vel dubitari debet: vnde extra de elec. nihil est: sic dicatur. Nihil est quod ecclesie dei magis officiat q̄ indigni assumantur prelati ad regimen animarum. Tolentes igitur huic malo necessariam adhibere medelam: irrefragabili constitutione sancimus quatenus cum quisquam ad regimen animarum fuerit electus ⁊ ad quem pertinet ipsius confirmatio diligenter examinet ⁊ electionis processum ⁊ personam electi: vt cum omnia rite concurrerint munus confirmationis ei impendat: qz si secus fuerit scaute ꝑsūptū nō solū deyciē duo est indigne ꝓmotus: verū ēt idigne ꝓmouēs puniē duo ipsum quoq̄ decernimus hac animaduersione puniri vt eum de ipsius constiterit negligentia: maxime si hominem insufficientis scientie vel inhoneste vite vel etatis illegitime approbauerint non solum constituendi primum successorem illius careat potestate: verum etiam ne aliquo casu penam effugiat: a perceptione proprij beneficij suspendatur: quo vsq̄ si equum fuerit intelligentiam valeat promereri: si vero consuetus fuerit per malitiam excessisse grauius subiaceat vltioni: hic expresse patet q̄ confirmans electum insufficientis scientie vel litterature peccat cum faciat contra prohibitionem ℔ expressam ⁊ cum sibi per iura pena debeat imponi.

Limita ista decretalē vt in apparatu

Ad argumentum in oppositum respondendum est: cum enim ibi dicitur q̄ rite electum contra cuius personam nihil excipitur tenetur superior confirmare ⁊c. Dico q̄ falsuz est si in ipso inuentat defectum litterature multum notabilem vel aliquam aliam causam pro qua merito debeat repelli. Questio. XXV.

Ad arg^m

Qō. 25.

Qō nsequēter veniendum ad tres vltimas questiones quarum due prime respiciunt tam clericos q̄ laicos. Tertia vero tantuz laicos. Earum autem que respiciunt tam clericos q̄ laicos. Prima est verum iudex scienter sententiando contra veritatem de qua certus est in conscientia sua: quam tamen ne scit vt iudex sed tanq̄ quedam singularis persona forte quia solus factum vidit: peccet mortaliter.

ꝑm arg^m

Ꝋ Videtur q̄ sic: quia glosa super illud ad Romanos decimoquarto. Omne quod non est ex fide peccatum est: dicit illud quod est contra fidem. i. contra conscientiam vt credamus malum esse peccatuz

Secūdū

¶ Item octaua di. qui contempta: sic dicitur. Qui contempta veritate presumit consuetudinem sequi: aut contra fratres inuidus ⁊ malignus est quibus veritas reuelatur: aut contra deum ingratus est inspiratione cuius ecclesie eius instruitur: ⁊ paucis interpositis subditur itaq̄ veritate manifesta cedat consuetudo veritati: reuelatione ergo facta veritatis cedat consuetudo necessitati Si ergo iudex certus est de aliqua veritate in conscientia sua quantumcunq̄ probetur contrarium siue per leges siue per consuetudinem vel per quascunq̄ allegationes alias: peccat sententiando contra illud quod scit esse verum.

Vel circa deum

¶ Item vndecima questione tertia: tunc vera est: sic dicitur: tunc vera est absolutio prefidentis cum in terminis iudicij sequitur arbitriuz. Sed in nullo iudex videtur esse conscientia: ergo iudex tenetur semper sententiare pro eo q̄ scit esse verum in sua conscientia quantūcunq̄ i foro iudicij probetur contrarium:

Tertium

¶ Item. ff. de ꝛ a quo appellatur. l. appellari. appellari a legatis proconsulis potest: ⁊ si mulctam dixerit potest de iniquitate ei⁹ proconsul cognoscere: ⁊ quod optimum putauerit statue re: ergo sequitur q̄ quantumcunq̄ probetur contrarium: licitum est sibi sententiare pro eo quod in conscientia sua scit esse verum: ⁊ si licitum est ⁊ nō facit: peccat: quia qui tenetur veritatem defendere ⁊ eam non defendit per modum qui sibi licitus est ⁊ possibilis peccare videtur.

Quartū.

Contra

Contra C. de iudi. l. rem non nouam videtur sic q̄ omnes iudices siue maiores siue minores tenentur determinare causam dando diffinitiuam sententiam secundum leges: ergo videtur q̄ si iudex scit aliquid esse verum vt priuata persona: ⁊ sibi in foro iudicij probatur contrarium q̄ debet dare diffinitiuam sententiam ſm allegata cōtra id quod scit esse verū in conscientia sententiando pro iniusto vel contra iustum.

Ad 4m

Respondeo q̄ iudex sententiano scienter contra veritatem de qua certum est in conscientia sua quam nescit tamen vt iudex: sed tanquā quedam singularis persona: vt forte quia solus factum vidit: si in foro iudicij probetur contrarium per probationes ita efficaces quot in foro exteriori eas infringere non potest: non peccat sententiando contra illud quod scit esse verum in conscientia sua. Imo dico q̄ bene facit: quia tenetur dare diffinitiuam sententiam secundum allegata: tamen tenetur esse valde sollicitus in fouendo illam partem quam in conscientia sua scit esse secundum veritatem: ne pereat propter defectū aduocatoꝝ vel patrocinij debiti: & si pr̄s adhoc deuentum fuerit q̄ contra illam veritatem sint probationes: ita efficaces in exteriori foro q̄ non possunt repelli: debet laborare ante diffinitiuam sententiam per omnes vias si quas inuenit licitas q̄ innocens qui in foro exteriori quietus est liberetur. Si autem nullam talem inuenire potest causam: debet alij si potest committere causam sine scandalo: & si non potest sine scandalo: tunc credo q̄ debet dare diffinitiuam sententiam ſm allegata que in foro exteriori valere iudicantur. Et hoc potest declarari per multiplicem auctoritatem & per rationem & per exemplum: dicitur in capitulo quāuis vnde cima questione tertia: quāuis vera sint quedam: tamen iudici non sunt credenda nisi certis iudicijs demonstrētur. Et capitulo sequenti dicit Damascenus papa. Eorum qui accusantur causas discutere non licet priusq̄ canonice vocati ad synodum veniant: & presens per presentiam agnoscat veritatem & intelligat que obijciuntur & ita licet apertissima sit contrarioꝝ apprehensio: verūtamen oportet ab his qui dati sunt ad eorum examinationem ordinem seruari. Illud decretum dicere videtur q̄ in decisione cause vel causarum ſm ordinem iuris & allegata semper procedatur. ¶ Item extra de offi. ordi. si sacerdos dicitur sic. Si sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicuius criminis vel si confessus fuerit & remendare noluerit nisi iudiciario ordine quis ꝓbare possit: eum non debet nominatim arguere sed indeterminate sicut dixit christus. vnus vestrum me traditurus est: sed si ille cui damnum illatum est petierit iustitiam potest excommunicare actoresq̄ damni: licet etiam ei confessus sit: sed tamen nominatum non potest a communione eum removere: licet sciat eum esse reum quia non vt iudex sed vt deus scit. Sed debet eum ammonere ne se ingerat: quia nec christus iudam a communione remouit. Sed forte dices q̄ ꝺ decretalis non est ad propositum: quia loquitur de hoc qđ scit iudex in priuato per viam confessionis siue per viam alium: vt forte quia vidit eum delinquentem: vnde super illud verbum decretalis in principio: si sacerdos sciat pro certo dicit glo. quia forte vidit eum delinquentem: vel quia ipse idem ei confessus fuit per istam decretalem apparet q̄ iudex i foro exteriori sententiare tenetur ſm allegata. ¶ Item secunda questione prima: capitulo nos in quēq̄ sententiam ferre nō possumus nisi aut in conuictum aut sponte confessum: quod non est intelligendum de eo qui confitetur in tormentis: quia tali confessioni non est standuꝝ nisi post tormenta in confessione perseueret. Super illud decretum dicit glo. q̄ quatuor sunt modi conuincendi aut iure scilicet instrumentis vel testibus aut facti euidentia: aut ratio interpretatione: vt sepius citatum esse reum: aut violenta suspitione: sed nullo istorum modorum conuictus est ille quem solus iudex vt singularis persona vidit delinquentem: vnde in talem non debet sententiam ferre nisi per alium modum conuincatur. ¶ Item in capitulo sequenti iudex criminosus discutiens non ante sententiam proferat quam aut reum ipse se confiteatur supplie in iudicio: aut per innocentes testes conuincatur in quo comprehenduntur alie probationes que legitime reputantur in exteriori foro. ¶ Item in capitulo sequenti fine iudicio quēq̄ nolumus condemnari. ¶ Item ea. questione: capitulo vnus sic dicitur. Unus ex vobis nō ex nobis. Ex vobis enim est a quibus per iudiciarias potestatem confessus aut conuictus excluſus non est a me vero qui nullis indigeo argumentis & omnia certissime nouit separatus & diuisus est. Hec omnia iura prealligata ostendunt iudicem contra nullum quem vt priuata persona sit reum debere sententiam ferre nisi ille in iudicio se reum confiteatur aut per probationes legitimas in iudicio conuincatur. Ad hoc facit quod habetur ea. questione capitulo deus vbi dicitur. Deus omnipotens vt nos a precipitande sententie prolatione compesceret cū omnia nuda & aperta sint oculis eius mala tamen sodome noluit audita iudicare priusq̄ manifeste cognosceret que dicebantur: & infra si enim deus cognitor omnium sodomorum mala quorum clamor ad celum vsq̄ peruenerat sciens omnia priuus: nec credere nec iudicare voluit q̄ ipse ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigatis que audierat opere comprobaret. Nos qui homines sumus & peccatores quibus incognita sunt occulta dei iudicia: hoc precauentes nullum ante veram iustam q̄ probationem iudicare aut condēnare debemus & infra: quando autem crimen notum est iudici & aliquando reus factum inficiatur: veluti si quis negaret eum interfecisse quem sub oculis iudicis in conspectu multorum interfecit: ꝺ quia si reum negat sine examinatione fieri non potest: tamen bene operis euidentia quādo crimen toti populo publicuꝝ est & notorium sine alia examinatione punitur: vnde in eodem decreto sequitur Aliquando ipsa operis euidentia reum esse testatur: quādo opere plublico crimen suum confitentur: tunc potest secundum & tertiam correctionem siue examinatione dānandus est si incorrigibilis extiterit. In hoc itaq; vltimo casu intelligenda est auctoritas illa ambrosij & nicolai et nihil manifesta accusatione non iudigent. Ecce expresse habetur q̄ iudex tenetur facere sententiam secundum allegata & cōtra illud quod scit esse verum vt priuata persona. ¶ Ad hoc est etiam ratio. Iudex enim magis tenetur esse sollicitus pro salute boni communis q̄ pro salute singularis persone: & maxime cum inquantum iudex sit publica persona: & pro defensione boni communis ſta tuatur: cum etiam bonum ecclesie nobilius sit q̄ bonus singularis persone secundum q̄ trahi potest ex sententia philosophi primo ethicorum capitulo primo: sed si iudex sententiaretur pro aliquo conuicto in iudicio quē tamen vt priuata persona sit innocentem: quāuis hoc esset ad bonum illius innocentis tamen esset ad malum communitatis quia populus scandalizaretur & via nocentio oppamendi & noxios dimittendi iniquis iudicibus aperiretur. Posset enim dicere iniquus iudex quando per odium vel per munera vellet punire innocentes q̄ in conscientia sua scit eum esse reum: & quando propter priuatum amorem vel propter munera vellet dimittere noxium diceret q̄ in conscientia sua scit eum esse innocentem: & sic via maleficiendi iniquis iudicibus esset aperta. ¶ Ad hoc est exemplum. Videmus enim q̄ si quis officialis scit aliquem contraxisse cū aliqua pr̄s per verba de presenti in occulto ita q̄ ille contractus in iudicio probari non potest: & postea contrahat cum alia in facie ecclesie qui contractus quamuis nullus sit in rem iudicio tamen probatur: ille officialis sententiat pro

secunda

Ista opi. quā sequuntur mr̄i tho. 2ª 2ᵉ q. 67. ar. 2. ioan. & arch. i. c. vt dicet. 3. q. 7ª. ber. & ho. ꝺ offi. ordi. c. j. ino. ꝺ cēſi. c. venerabil & mutuo tenēt hug. & ro. vi duntſſi / ma q̄pp videat sūma āgelica. c. audiēs. §. 7 solutem oēs ꝛ̄ra anto. & ni co. de li. exo. ꝛxtij ꝑ auctoꝝ. p opi. rīcar.

Secūda Tertia

Quarta

quatuor modi cōuincendi. Allegationes horū membroꝝ hēſ in glo.

Quinta

Sexta Septia.

Ratio.

et ſi alia bile ſit bonū exibere vm ſolū plᵉchrᵉ tñ arq; diuinᵉ gēti & ciuitatibus

Exēplum

Opi. bonis. secunda quot in conscientia sua scit eum esse verum maritum prime ⁊ non secunde. ¶ Fuerunt tamen aliqui qui dixerunt q̄ si iudex in conscientia sua scit aliquē esse innocentem: qui tamen in iudicio convictus est. Debet causam remittere ad superiorem: ⁊ si superior nulli subiectus est ⁊ scit illum innocentem esse debet ipsum absoluere. Sed hec sententia videtur esse contra iura papal legata. ¶ Preterea tunc obligaretur iudex inferior: vt pote Comes ad transferendum suam iudiciariam potestatem in superiorem vtpote in regem saltem in illo casu ⁊ posset sibi preiudicium generari in alijs casibus: quia si ter aut quater hoc faceret: posset dicere rex se esse i possessione iudicandi ⁊ puniendi homines illius comitis preter missso eius iudicio. ¶ Preterea quamuis iudex q̄ non habet superiorem nisi deum non sit subditus legibus quas ipse condidit: decet tamen ipsum sm ipsas iudicare ne populum scandalizet. ¶ Preterea punire conuictum in iudicio non tantus est de lege positiua: sed etiam de lege diuina: cui quilibet iudex subiectus est. Qua propter illa vltima opinio quasi sine eius preiudicio: ⁊ assertione temeraria mihi videtur standum opinioni prime que multis viribus approbata est.

Contra

Ad p^m **Ad primum** in oppositum cum dicitur: qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam ⁊c. Dico q̄ iudex nisi habeat conscientiaz erroneam puniendo illum quem scit innocentem vt priuata persona si in iudicio probatus est reus: vel absoluendo illum quem scit esse reum vt priuata persona si in iudicio probatus est innocens non facit contra conscientiam: quia in iudicio procedere debet non vt priuata persona: sed vt publica.

Ad 2^m **Ad illud** quod arguitur secundo. Dicendum est q̄ illud decretum intelligendum est de contemptu veritatis manifeste in iudicio: ⁊ hoc sonat verbum manifestationis. non enim manifeste dicitur q̄d per aliquam legitimam probationez probari non potest.

Ad 3^m **Ad tertium** cum dicitur q̄ tunc vera est sententia cuz interni iudicis sequitur arbitrium. Dico q̄ per internum iudicem debemus intelligere conscientiam vel deum. Sed sm arbitrium conscientie si non sit erronea ⁊ arbitrium ipsius dei est vt iudex in iudicio procedat sine allegata si sint allegationes tales quas sm ordinem iuris repellere non potest.

Ad 4^m **Ad illud** quod arguitur quarto dico q̄ verum est procedendo sine ordinem iuris: ⁊ sm allegata: q̄ proconsul potest quod optimum putauerit statuere cum appellatum ad ipsum sit ⁊c. Hec autem que dicta sunt de ista questione sine preiudicio ⁊ temeraria assertione dicta sufficiant.

Q. 26. p tinēs ad 26. di. 2.

Questio. XXVI.

Secunda questio respicit eos tam clericos q̄z laycos hec fuit vtrum existens in vno peccato mortali possit alij peccato resistere.

p^m arg^m **Et videtur** q̄ sic: quia peccatū mortale requirit liberum consensum. Sed qui libere potest consentire: libere potest dissentire ergo existens in vno peccato mortali ab omni peccato mortali pōt dissentire: ⁊ ita in omni alio peccato resistere.

Contra **Contra** libro secundo secundum Magistrū distinctione. 24. liberum arbitrium est facultas rationis ⁊ voluntatis: quo bonum eligitur gratia assistente: vel malum eadem desistente. Sed ille qui est in peccato mortali non habet gratiam: ergo videtur q̄ quandiu est in illo statu non possit peccatū mortale euitare.

Respondeo q̄ homo existens in peccato mortali non potest diu stare quin cadat in aliquod aliud peccatum mortale. Ad cuius intelligentiam sic procedendum est. Primo enim declarandum est: quare homo etiam in gratia in statu nature corrupte non potest vitare de lege cōmuni omne peccatum veniale. Secundo declarandus est q̄ voluntas existens in peccato mortali non est habitualiter fixa in deo. Tertio ex predictis concludendum est propositum. Quarto soluende sunt quedam instantie que possent adduci contra propositum.

Rñ^o

Dearticulatio q̄stionis.

Primus articulus

Quantum ad primum articulum sciendum ē q̄ homo in statu nature institute: ita erat ordinatus: q̄ sicut mens eius erat deo subdita per obedientiam ⁊ amorezsta vires inferiores sm quādam proportionem omnino subdite erant rationi ⁊ voluntati: ⁊ ideo homo in statu illo omne peccatum vitare poterat tam mortale q̄z veniale. Sed quia peccādo mēs eius auersa fuit a deo: factum est vt vires inferiores rebelles fierēt rationi ⁊ volūtati: ⁊ ex hoc accidit vt multi inordinati motus ⁊ reprehensibiles oriantur in appetitu inferiori: scilicet in appetitu sensitiuo: quorum quēlibet in singulari homo per rationem ⁊ voluntatem precauere posset: quāuis non possit omnes precauere in cōmuni: quia dum vnum ratio precauere nititur: iā ex alia parte aliud insurgit: ⁊ quantuo voluntas omnino non possit omnes motus inordinatos in appetitu inferiori in cōmun: tamē quia quemlibet per se precauere potest in singulari: ratio: illi motus inordinati in appetitu inferiori: quorum quilibet in singulari per se potest precauere aliquam rationem sortiuntur culpabilitatis. Et sic patet ratio quare homo in statu nature corrupte etiam existēs in gratia non potest de lege cōmuni effugere quin incidat in aliquod peccatum mortale ⁊ intelligo q̄ non potest effugere diu: quia potest etiam aliquod momentum temporis: inde quo potest etiam sine omni peccato veniali. Et hec de primo articulo dicta sint.

Ex si i statu innocētie nedū mortale vel ⁊ veniale effugere potuerit: cū in statu isto nedū veniale: verū nec oē mortale i cōi effugere nequimus.

Secdo articulo ubiq̄ charitate voluntatem i deo fixaz esse non posse

Consequenter declarandum est q̄ voluntas existēs in peccato mortali nō est habitualiter fixa in deo. habitus enim quo voluntas in deo figitur charitas est: ita q̄ sine illo volūtas in deo habitualiter ⁊ sufficienter figi non potest. Qui enim nō diligit deum habitualiter ⁊ propter se ⁊ super omnia: habitualiter in deo fixus non est. Charitas autem cum nullo peccato mortali stare potest. Aliter enim idem homo posset esse deo gratus ⁊ inimicus quod falsum est: restat ergo q̄ voluntas existens in peccato mortali habitualiter in deo fixa non est. Et hec de secundo articulo dicta sint.

Tertius articulus

¶ Tertio ex predictis concludendum est propositum. sicut enim in articulo primo visum est q̄ vires inferiores non sunt fixe in obediētia rationis ⁊ voluntatis: ideo non potest homo vitare diu omne peccatum veniale in communi quamuis possit vitare quodlibet signatum. Cum ergo similiter voluntas existens in peccato mortali non sit habitualiter fixa in debito fine qui deus est: ita vt pro nullo bono consequendo vel malo vitādo ab eo separari velit non potest stare diu quin occurrāt aliqua propter que consequenda vel vitanda homo recedat a deo transgrediendo precepta ipsius: ⁊ quantuscunq̄ quodlibet istorum signatum vitare possit non tamen potest omnia in cōmun: quia quamuis voluntas sine gratia libera sit ad malum non tamen sine gratia sufficienter libera est ad bonum: nec propter hoc excusatur cum deficiat: quia in potestate eius est cum adiutorio dei principaliter operantis ipsam figi habitualiter in deo per gratiam per quam omne peccatum mortale vitare possit ⁊ in

Falsuz ē q̄ qdlz signatum vitari possit: q̄ nō pōt vitare pcātū de nō diligēdo deum toto corde die festo abq̄ charitate.

singulari ⁊ in communi. Quot autē voluntas in peccato mortali existēs diu stare non possit quin in aliud mortale incidat: nisi cito per penitentiaz sanetur: testatur Augustinus in libro de perfectione iustitie dicens sic. quisquis negat nos orare debere ne intremus in tentationē: negat autem hoc qui concedit ad non peccandum: gratie dei adiutorium non esse necessarium: sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem: ab auribus hominum removendus est. ¶ Item Gregorius super ezechielem ponit q peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. Et hec de tertio articulo dicta sufficiant. ¶ Quarto soluendo sunt instantie quedam que possent adduci contra propositū: posset enim aliquis dicere q ex quo voluntas existens in peccato mortali ad modicum tempus vitare potest ne incidat in aliquod aliud peccatum mortale: ⁊ quanto magis resistit tanto fortior est ad resistendum. ¶ Videtur etiam q per longissimum tempus vitare posset ne in aliquod mortale incideret ⁊ iterum cum mortale peccatum non committatur: nisi per liberum consensum: ⁊ voluntas existens in peccato mortali semper libera est ad consentiendum vel non consentiendum: videtur q vitare posset etiam per longum tempus ne incideret in aliud mortale peccatum. Sed prima instantia deficit: q quanto voluntas quanto diutius resistit tentationi: tanto fortior: fit ad resistendum quantum est ex parte sua: tamen quia in longo tempore plures insurgunt tentationes ⁊ plures peccandi opportunitates ⁊ occasiones q̄ in modico tempore ceteris paribus: ideo non sequitur: q si posset stare per modicum tempus ne incidat in aliud mortale peccatum: q etiam posset stare per longum tempus: sicut vides q homo debilior posset resistere vni impugnanti vel duobus cum tamen fortior: in triplo nō posset resistere triginta pugnantibus vel quadraginta: vel potest dici q voluntas existens in mortali peccato quanto diutius in illo peccato remanet tanto debilior efficitur ad resistendum tēptationibus: non tn quantum per modicum tempus tentationibus resistat. Sed quia vires inferiores semper per suos motus inordinatos ⁊ mollunt eam ⁊ ad malum reddunt promptiorem: eo q ipsa voluntas adiutorio gratie destituta non sic potest in loco motus refrenare: nec ordinare sicut cum beneficio gratie est adiuta. ¶ Alia instantia sic soluitur secundum quosdam. Cum enim dicitur q voluntas semper libera est ad consentiendum vel non consentiendum: dicunt q voluntas semper libere est in hac vita ad consentiendum vel non consentiendum cuilibet tēptationi: fignare tamen dicunt q propter infirmitatem humane nature destitute voluntas hominis adiutorio gratie destituta quadam necessitate non tamen coactionis sed defectibilitatis quam facilius potest in malum quam in bonum qua libertate a malo non excluſa: non potest per longum tempus stare quin aliqui tēptationi consentiat libere tamen: vel quin aliquid quod facere teneretur obmittat per quod incidat in peccatum mortale: ⁊ quia sicut allegatum est supra: liberum arbitrium est facultas rationis ⁊ voluntas qua bonum eligitur gratia assistente ⁊ malum eadē desistente: voluntas hominis in peccato mortali existentis inultum est libera ad malum: ⁊ parum est libera ad bonum quam diu sic est: cum autem per penitentiam gratiam dei recuperat accipit magnam libertatem ad bonum. ¶ Alij predictam instantiam soluunt dicendo: q quamuis voluntas hominis in hac vita semper sit libera ad consentiendum vel non consentiendum malo: tamen propter infirmitatem nature destitute sine gratia dei non potest diu stare quin libere alicui peccō mortali consentiat.

In fine libri.

Nota li. 2. mora. sup illud Job. 14. pteret mōtes ⁊ inmēabiles Quartus articulus

p⁹ istātia

2ª istātia

p⁹ solutō Ad pmā instantiā

2ª solutio ad pmaz instantiā

p⁹ solutō 2ª istātie

2ª solutio

Ad argumentum in oppositum cum dicitur q peccatuz mortale requirit liberum consensum cē. Dico q verum est: sed voluntas hominis quandiu est in mortali peccato non potest diu stare quin libere cōsentiat in aliquod malum tali consensu in quo mortaliter peccat. Et cuz dicis postea q qui libere potest alicui malo consentire libere potest etiam dissentire: vides q hec propositio ad plurimum habet falsitatem in damnatis: in homine autez existente in peccato mortali quam diu sic est: ⁊ si non habet instantiam respectu cuiuslibet mali signati: habet tamen instantiam in peccato respectu mali in communi quia quamuis libere possit ab hoc malo dissentire signato per se: ⁊ ab illo alio ⁊ sic deincepo: non tamen diu potest dissentire ab omni malo: ⁊ hec que dicta sunt de hac questione sine p̄iudicio ⁊ temeraria assertione dicta sint.

Ad arg^m in opp^m.

Questio. XXVII.

Qō. 27. pertinēs ad vltimū pti. 2.

Ultimo veniamus ad questionem illam que respicit laicos tantum que fuit hec virum laici subditi domino temporalibus teneantur soluere tallias de novo impositas que non vergunt: nisi in vtilitatem dominorum.

Videtur q sic: sicut enim dicit Beatus Petrus in prima Canonica sua capitulo secundo: serui subditi estote in omni timore domino: non tantum bonis ⁊ modestis sed etiam discholis: ergo videtur q subditi teneantur obedire domino suo imponētibus eis tallias ⁊ indebitas collectas. ¶ Item Apostolus ad Ephesios sexto. Serui obedite dominis carnalibus cuz timore ⁊ tremore in simplicitate cordis vestri sicut christo: sed christo in omnibus est obediendum: ergo subditi debent dominis temporalibus in omnibus obedire q̄ non sunt contra deum.

p^m arg^m.

2^m

Contra domini non tenentur defendere subditos extra suam iurisdictionem: ergo a simili subditi non tenentur obedire domino suo: quando domini in precipiendo excedunt limites sue iurisdictionis.

Contra

Ad istam questionem respondeo q subditi aut sut serui: aut sunt liberi. si sunt serui simpliciter dico q tenētur soluere tallias de novo impositas quamuis non vergant: nisi in vtilitatem dominorum: quia serui ⁊ res seruorum sunt possessio dominorum: vnde philosophus primo politicorum dicit q seruus est res possessa: vnde si fugiat seruus domino debent restitui extra de seruis non ordinandis. de seruorum: vbi dicitur q si aliquis seruus fugiens dominum suum quacunq; calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit decretum est vt deponatur ⁊ eius dominus eum recipiat. Si autem subditi sunt liberi: ita vt dominus eorum dominetur eis politice tunc distinguo: quia aut dominus ille qui de novo vult imponere tallias est rex vel princeps: aut dominus inferior: si non est rex vel princeps: sed dominus inferior: tunc dico q subditis suis liberis de novo tallias imponere non potest: ⁊ si imponit quia egreditur terminos potestatis sue non credo q subditi obedire teneant maxime si sine consensu Regum vel Principum imponunt quod probatur in simili. prohibetur enim Abbatibus Episcopis ⁊ aliis prelatis ne novos census imponant ecclesijs: nec veteres augeant extra de censibus ⁊ exactionibus. capitulo prohibemus: ⁊ supra capitulo scientes. ⁊ infra eadem ecclesijs. ⁊ capitulo innouamus: vbi propositum habetur non tantummodo in simili sed expresso.

Ad qōnē

Lcō. 6. ⁊ 9.

Solidius vid doct. i. c. sup q busda de verb. sig. pcertim Io. and. ⁊ Da.

s.in. c. in nouam°.

expresso. ibi enim dicitur sic: nec quisquam aliquo no tuo pedagiorum exactionem sine auctoritate & assensu regis & principum statuere aliquo modo presumat si quis autem contra sepe fecerit & cōmonitus nō destiterit do nec satisfaciat cōmunione careat christiana. hec idem habetur infra de verborum significatio. super quibusdam ℣. preterea. vbi scribit dominus papa Lomin tholosano sic. cum pedagia guidagia saluaria tibi legatus interdixerit memoratus: auctoritate apostolica duximus declarandum illa esse pedagia guidagia saluaria interdicta q̄ non apparent imperatorum vel regum vel laterauen. consilij largitione concessa vel ex antiqua consuetudine a tempore cuius non extat memoria introducta. Ad hoc etiam facit illud quod habetur. C. nouas vecti. insti. non posse. l. i. ij. & iij. ff. de legi. & sena. cōsul. l. & ideo. ¶ Si autem dominus est Rex vel princeps tunc planum est q̄ sua auctoritate pro vtilitate boni cōmunis nouas tallias subditis potest imponere compensata subditorum facultate & negotij quod é pro bono cōmuni qualitate & quantitate. ff. de publi. & vecti. vectigalia. & C. nouas vecti. l. i. & iij. vbi habetur hec sentētia q̄ noua vectigalia nō possunt imponi: nisi a principe in quo duo claudūtur: scilicet & q̄ principe potest ponere & nō domini inferiores: principibus inconsultis. Si autez ille tallie in nullo sunt ad vtilitatem boni cōmunis: tunc dico q̄ nec Rex nec princeps tales tallias de nouo imponere potest subditis liberis. Et ratio huius est quia possessiones subditorum liberorum non sunt possessiones dominorum. vnde si eis soluunt ea que antiquitus sunt instituta vel de nouo si factum est de consensu subditorum ex aliqua rationabili causa nō tenentur dominis soluere tallias alias: si in nullo redundant in vtilitatem boni communis vel ipsorum subditorum qui eas soluunt. ¶ Sciendum tamen q̄ aliquando ille tallie sunt ad vtilitatem boni cōmunis vere & aperte & hoc quando fiunt pro defensione fidei vel refectione pontium & viarum. Quandoq; autem indirecte & non ita aperte sicut cum aliqua iniuria infertur regi extra suum regnum vtpote: quia iniuste ab aduersarijs detinetur captiuus frater vel filius vel propinquus eius vel amicus: vel cum aliqua terra que de iure nouo debuit ad regem ab aduersarijs possidetur violenter vel de facto & Rex imponit tallias subditis per quas tuo suum recuperat: tunc ille tallie redundant in bonum subditorum tam in bonum delectabile quam vtile q̄ honorabile. In confusione enim regis subditi si tales sunt quales esse debent tristantur & minus honorantur: & Rex parui penditur: possessiones subditorum suorum non ita secure a subditis possidentur: quia tunc magis est periculum ne ab aduersarijs inuadantur. Econtrario cum rex viriliter iuuo suum recuperat contra aduersarios excipiendo terram de iure sibi debitam vel liberando fratrem vel cō sanguineum iniuste detentum: quia ex hoc magis Rex honoratur & ab aduersarijs timetur: sequitur ex hoc q̄ subditi si sunt tales quales esse debēt gaudent & suas possessiones securius possident & in maiori honore habent: vnde in tali casu: si regis facultates ad expediendum negocium non sufficiunt: credo q̄ a subditis etiam liberis potest accipere moderatum adiutorium compensata subditorum facultate & negotij qualitate & quantitate & vtilitate: videtur tamen mihi q̄ negocio expedito: si regis facultates habundanter augeantur & aliqui communitates nimis notabiliter sunt grauate: q̄ rex debet eis subuenire secundum exigentiam & proportionem: sicut sibi subuenerunt in sua necessitate. Cum enim caput indiget: alia membra quicquid possunt adiutoriū subministrant ei: et caput etiam alijs membris adiutorium subministrat. Sciendum est tamen q̄ quia facultates regum eis date sunt propter promotionem & defensionem communis vtilitatis: si facultates eius pro defensione regni vel fidei sufficiunt credo q̄ non debet etiam in illo casu subditos tallare: sed ego non dico facultates regni sufficere quando non potest defendere regnum vel fidem: nisi ita se depauperando q̄ nihil sibi remaneat in thesauro quo se posset iuuare se ineruz infra breue tempus ab alijs aduersarijs inuaderetur maxime si est regnum multos emulatores habens & insidiatores: vnde non est otiosa talis regi pecunia in thesauro: quia aduersarij scientes eum inimicum magis eum timent inuadere & ex consequenti magis pacifice possidet regnum suum quanuis multo plus sibi valeret thesaurizare amicitias subditorum quā magnos cumulos auri & argenti. Fortis enim est Rex dilectus a subditis thesauro auri & argenti carens quam qui habundans auro & argento amicitia suorum subditorum priuatur: sic ergo patet in summa ad questionem q̄ subditi liberi non tenētur soluere tallias que eis a dominis temporalibus de nouo imponuntur: si nec directe: nec indirecte in vtilitatem boni communis redundant.

De franchantibus tallijs legitime impositis ad restōnem astrictis ligādo hiis a pa. l. c. i nouam° extra de censibus.

Tallie vtiles directe & indirecte.

Ad p^m

Ad primum argumentum in oppositum cum dicitur q̄ serui debent esse subditi dominis etiam dispolis &c. dico q̄ vel loquitur de subditis qui serui sunt: aut si loquitur de liberis intelligendum est q̄ debent eis esse subditi in his ad que se extendit potestas eorum. ¶ Modo simili responderi potest ad secundum. ¶ Nec que de predicta questione dicta sunt: & que dicta sunt i omnibus aliis questionibus meis: si qua inuenientur ibi dicta que non sint de communi opinione doctorum ītelligo & volo esse dicta sine assertione & illa esse dicta: vt sint occasio inuestigationis & subtiliationis intellectus. ¶ Et si in aliqua questionum mearum inueniretur aliquid corrigendum vel obscurum: posq̄ mihi esset ostensum paratus essem corrigenda corrigere & obscura explanare prout scirem & possem.

Ad 2^m

Protestatio humilis omnium dictoruz suoz

¶ Explicit omnes questiones quolibetales fundatissimi doctoris Ricardi de media villa ¶ Ordinis fratrum familie iubar.

Registrum

Prima alba 2 3 A ¶ Quolibeta doctoris simul non sit batur ergo in vnde asperrima B dicis q̄ christus catum in spiritum tur res illas tutionem virtutis C vocando mundum reno ab ipsa aliquid quiescere autem est materia D si de ciuitatis ritur vim aut accipiunt dicentes. tao ciuium quandoq; E fine preiudicio & sic patet q̄ quando sunt cause F nuo in penitentes: proli nate de primo: quia talio



Quinterni 4 charte. 4.

¶ Explicit venetiis impressum: vt nullus possit ipsum imprimere hoc opus nec ipsum facere vt patet i bullis & pulegys Imp̄ssum Venetijs p̄ Lazarū soardū Anno dñi. 1509. die. 10. July.

Register